**Zeitschrift:** Archiv des Historischen Vereins des Kantons Bern
**Herausgeber:** Historischer Verein des Kantons Bern
**Band:** 11 (1883-1886)

**Artikel:** Die Urkunden des Jetzerprozesses [Fortsetzung]
**Autor:** Rettig, Georg
**DOI:** https://doi.org/10.5169/seals-370799

**Nutzungsbedingungen**
Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

**Conditions d'utilisation**
L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

**Terms of use**
The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

**Download PDF:** 25.12.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch**

# Die Urkunden des Ketzerprozesses.

Herausgegeben

von

**Georg Rettig.**

---

## III. Die Protokolle.

**Vorbericht.** Bis hieher konnte ich die Urkunden selbst abschreiben und somit für richtige Wiedergabe Gewähr leisten; mein Wegzug von Bern schien jedoch die weitere Herausgabe sehr in Frage zu stellen, wo nicht unmöglich zu machen, denn wenn mir auch der wichtige Actenband anvertraut worden wäre, so hätte mir doch die Zeit gemangelt, um die sehr umfangreichen, eng geschriebenen und schwer lesbaren Protokolle druckfertig abzuschreiben. Einem Andern jedoch die mühevolle Arbeit zuzumuthen schien unthunlich, denn wenn es auch nicht an Persönlichkeiten fehlte, die der großen Schwierigkeiten in Schrift und Styl Herr zu werden vermochten, so war es doch eine andere Frage, ob Jemand ohne Entschädigung, aus reinem Interesse für die Sache, seine Zeit einer doch großentheils recht unerquicklichen Aufgabe zu widmen geneigt sein würde.

Wider alles Verhoffen ist es mir doch gelungen, in Herrn C. Rudolf von Sinner in Bern einen Mann zu finden,

der neben der völligen Vertrautheit mit der mittelalterlichen Sprache und Schrift auch die philologische Gewissenhaftigkeit besitzt, die sich keinen Buchstaben entgehen läßt, und der der historischen Wissenschaft gern ein so bedeutendes Opfer bringt. In seinen Händen ist die Arbeit bestens aufgehoben, wie schon das nachstehende erste Stück zur Genüge beweist; ihm sei daher an dieser Stelle der verbindlichste Dank gesagt.

Betreffs der Anmerkungen habe ich beizufügen, daß sie sich vorzugsweise an das Sachliche halten werden. Fehler, die den Sinn nicht stören, werden einfach übergangen oder stillschweigend berichtigt; wo dagegen der Gedanke entstellt wird, suche ich mit wenigen Worten nachzuhelfen (auch hier hat mir Herr von Sinner oft den Weg gezeigt durch seine Randbemerkungen und Emendationen). Eigentliche philologische Erörterungen werden höchst selten bei Anlaß eines ungewöhnlichen Sprachgebrauches vorkommen.

Um den des Lateinischen nicht kundigen Mitgliedern des historischen Vereins das Verständniß der Protokolle einigermaßen nahe zu bringen, werde ich so weit möglich jeweilen die entsprechenden Stellen aus Anshelm's Chronik anführen; ich hoffe, diese Citate werden auch den andern Lesern willkommen sein, denn soweit Anshelm nicht nach den Protokollen, sondern als Augen- und Ohrenzeuge berichtet, ist seine Darstellung unbedingt glaubwürdig und eine wichtige Ergänzung der Gerichtsverhandlungen. Es wurde dabei die alte Ausgabe citirt, weil der Druck der neuen noch nicht so weit vorgeschritten ist. Sachlich hat dieß keinen Nachtheil.

## Erster Abschnitt, das Verhör in Lausanne.

(Anshelm III, S. 480—484.)

Sequitur processus

**Johannis Jetzer conversi conventus fratrum predicatorum Bernensis, Lausannensis diocesis.**

*Sequitur processus Johannis Yecher*[1]) *conversi conventus fratrum predicatorum Bernensis, ordinis sancti Dominici.*

In nomine domini Amen. Noverint universi et singuli presentes et futuri, quod anno a nativitate ejusdem domini millesimo quingentesimo septimo, indic(ti)one decima, die vero octava mensis Octobris, coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Aymone de Montefalcone, miseracione divina episcopo Lausannensi et principe, ecclesieque et episcopatus Gebenensis administratore, et in presencia reverendorum et venerandorum virorum dominorum Baptiste de Aycardis, ejus vicarii, juris utriusque, necnon Francisci de Fabrica cantoris, Ludwici de Petra, Guidonis de Prez, decretorum doctorum, canonicorum Lausannensium, ac fratris Stephani Ceste, prioris conventus beate Katherine in Preto, ordinis Carmelitarum, Constitutus personaliter frater Johannes Yecher conversus conventus fratris[2]) predicatorum Berni, ordinis sancti Dominici, Lausanensis diocesis, non tamen tacite nec expresse professus, sed merus laycus et omnino illiteratus, oriundus de Zurczacho, Constanciensis diocesis, ex patre nomine Hanns Yecher natus, per magnificos et potentes dominos scultetum et consules urbis Bernensis prefato reverendissimo domino episcopo et principi pro multis et diversis criminibus et excessibus, apparicionibus et aliis inauditis casibus tanquam ordinario

---

[1]) Sic! Der Name scheint Anfangs geschwankt zu haben, denn ein Mißhören (ch oder ck statt tz) ist kaum denkbar, während auch der Name Jecker heute noch vorkommt.

[2]) Sic! anstatt fratrum.

pastori remissus. Qui medio ejus juramento tactis sacris scripturis de dicenda veritate in manibus prelibati reverendissimi domini episcopi et principis prestito, per medium tamen reverendissimi domini Johannis Ballistarii[3]) prepositi Bernensis, ac nobilis Petrimandi Asperlin in lingua germana et gallica peritorum et expertorum, interpretancium, inter(r)ogancium et referencium dixit et interrogatus respondit ut sequitur:

Et primo dixit, quod in festo sancti Johannis Baptiste preterito fuit annus quod fuerat in servicio in Lucerna cum quodam sartore nomine magister Erhardus, cum quo stetit per annum operando cum eo. Deinde reversus est Zurzachum, intendens ire Constanciam. Et supervenit mulier quedam, filia cujusdam prepositi de Zurzacho, consanguinea sua, que perturbavit eum et eum sollicitavit adeo quod instinctu suo ivit Bernensem[4]). Et iterum supervenit quidam sartor ex dicto loco nomine magister Nicolaus Hertsten; qui sibi etiam consuluit morari Berni cum eo, quod et frater cum eo mansit, dicens quod a juventute sua semper disposuit intrare aliquam religionem. Et propterea dum fuit in Berno, tam per se quam per aliquos alios sollicitavit fratres predicatores, ut reciperent eum in eorum monasterio sive conventu; qui tamen prima facie renuerunt eum recipere. Et recessit ab eis. Postea prior dicti conventus, nomine frater Johannes, mandavit ad eum per unum conversum fratrem Johannem, etiam sartorem, ut iret ad conventum; quod et fecit, inmoto tamen ingenio suo. Et stetit in conventu sine habitu per viginti septimanas, videlicet a festo Bartlomei usque ad apparicionem sive Epiphanie domini nostri Jhesu Christi. Post tamen multas preces in die ipsa apparicionis proxime preterita receptus fuit ad habitum. Et in dicto monasterio scidit nemus[5]) et portavit escam per villam, etiam portabat lapides.

---

[3]) Der bekannte Probst Armbroster.

[4]) Ergänze civitatem.

[5]) Holz.

Dixit ulterius quod, antequam suscepisset habitum, apparuit sibi quidam spiritus in camera sua, palpitans supra lectum ejus et trahens cooperturam suam lecti; ex quo timebat. Et propterea, ut evitaret dictum spiritum, surgebat et ibat ad matutinas, dicens quod sepius apparuit, et etiam quod camera sua, scilicet in qua dormiebat, erat camera forensium. Et aliquando supervenit spiritus dormientibus extraneis et forensibus in eadem camera, qui etiam audierunt dictum spiritum.

Interrogatus si spiritus trahebat cooperturam hospitibus extraneis sicut sibi, dixit quod non omnibus, sed aliquibus, quod aliqui sibi dixerunt retulerunt in crastinum.

Item dixit, quod circa festum sancti Martini, antequam habuisset habitum, dictus spiritus quando ibat ad callefaciendum stupham, et erat ante fornetum stuphe sartoris aliquando per horam, et intrabat et exibat et inde evanebat.

Interrogatus si ipsum spiritum viderit, respondit quod sic, in habitu fratrum predicatorum.

Interrogatus si sibi aliquid dicebat, dixit quod nichil sibi aliud dicebat nisi «ego multum pacior propter peccata mea». Dixit etiam, quod sepenumero vidit dictum spiritum intrare et exire stupham prioris[6]). Et precedebant eum aliquando duo parvuli canes et aliquando tres, quos dicebat spiritus ipse esse diabolos, et quod non timeret eos, dummodo faceret signum crucis. Aliquando etiam vidit dictum spiritum per claustrum.

Item dicit quod aliquando ipse spiritus sedebat in stupha prioris, et dum prior ipse intrabat cameram suam, dictus spiritus evanebat.

Interrogatus si semper viderit ipsum spiritum in eadem specie et forma, dixit quod sic.

---

[6]) Danach möchte man glauben, der Geist, der in der Kammer für Gäste sein Unwesen trieb, habe dieß nur gethan, um ungestört mit dem Prior verkehren zu können. Zur Entwickelungsgeschichte der Geistererscheinungen ist dieses Moment sehr zu beachten.

Interrogatus quam vocem habebat, respondit quod habebat vocem raucam.

Interrogatus quam faciem habebat, respondit quod habebat nigram.

Interrogatus si habebat aliquod animal supra se[7]), respondit quod non tunc temporis.

Interrogatus si viderit pedes et manus, dixit quod sic; et si habebat formam pedum et manuum hominis, respondit quod sic.

Item interrogatus si habebat manus nigras, dixit quod sic.

Item et si potuerit eum videre in facie, dixit quod sic.

Interrogatus, si tremebat aspiciendo ipsum spiritum, dixit quod sic, et adeo tremebat quod volebat exire conventum, nisi fuisset conversus qui eum conduxit ad monasterium.

Item dixit, quod post receptionem habitus circa sex septimanas non apparuit ipse spiritus. Et eo durante tempore invasit eundem conversum pestis; et religiosi dederunt ei bibere vinagium in uno calice, nescientes tamen quod haberet pestem, sed quod post quafuor dies cognoverunt ipsum habere pestem predictam. Et posuerunt ipsum in infirmaria, in qua spiritus non apparuit; sed postea reductus ad camerulam suam, apparuit sibi spiritus bina vice in forma cum habitu emittens flammas signis[8]) per os et per nares. Unde plurimum timuit, quia erat multum horribilis.

Interrogatus si erunt[9]) ei loquutus fuit, respondit quod non.

Interrogatus si erant aliqui religiosi cum eo, dixit quod

---

[7]) Von der Erscheinung eines Thiers über dem Geist ist sonst nirgends mehr die Rede; später heißt es in demselben Zusammenhang ammictum, was wohl richtiger ist.

[8]) Soll wohl heißen ignis, Feuerflammen.

[9]) Erunt: im Original darüber und am Rande zwei Punkte, d. h. dieses Wort ist zu streichen.

erant tres, sed non viderunt ipsum spiritum nisi unus, videlicet magister Hainricus infirmarius, dicens quod dictus spiritus appariebat et claudebat potum quod[10]) erat in camera, ac si luderet; et stetit ibi per spatium dimidie hore.

Interrogatus, qua hora apparuit, dixit quod hora duodecima noctis in secunda vice, et in prima apparicione hora secunda post mediam noctem.

Interrogatus, si postquam abiit idem spiritus .....[11]) dixit quod non.

Item dixit, quod postquam fuit liberatus de peste, propter hunc horrorem dicti spiritus, volebat abire et ivit ad Carthusienses; sed noluerunt ipsum recipere ex quo assumserat habitum predicatorum. Et reversus est. Et postquam reversus fuit ad conventum, apparuit sibi iterum dictus spiritus in terribili forma, et detraxit cooperturam lecti cum violencia, nec ipse conversus potuit ipsam retinere; et hoc iteratis vicibus fecit. Et tantum timorem intutilit[12]) sibi, quod fuit totus madefactus pre sudore; et deinde recessit; dicens quod nonnulli religiosi, videlicet frater Hainricus preceptor conventus[13]), et Hêsnaldus conversus, audierunt premissa, sed non viderunt. Et post recessum dicti spiritus, venerunt ad eum, deinde mutaverunt sibi cameram.

Post vero quindecim dies iterum supervenit dictus spiritus ad dormitorium et fecit maximum motum, lapides in eos imidendo[14]), et emittens flatum sicut ventum; et hoc vidit, quia apperuit cameram, et vidit et timuit, deinde clausit portam. Et unus ex religiosis dixit ei: « si apparuerit tibi ulterius, dicas ei: Deus sit tibi adjutor. » Et fuit tantus tumultus, quod omnes fratres audiverunt, et plures venerunt et manserunt cum eo usque quo fuisset dies.

---

[10]) Sinnlos; eine spätere Aussage läßt uns portam quæ vermuthen.

[11]) Weiß gelassene Stelle.

[12]) Sic! statt intulit.

[13]) Wohl der Schaffner Heinrich Steinegger.

[14]) Soll wohl heißen immittendo oder iniiciendo.

Et post octo dies reversus est spiritus, et dixit ei conversus, « Deus et beata virgo Maria sint tibi propicii et adjuvent te. » Et tunc spiritus dixit ei: « tu potes me adjuvare. Ego revertar ad te hinc ad octo dies, et dicam tibi que futura sunt. Interim tamen sumas disciplinam usque ad sanguinis effusionem, et dicas quottidie vigilias, videlicet quinquaginta pater[15]) in recompensam defectuum meorum quos feci in faciendo disciplinas in quadragesima et temporibus ad hoc statutis, ideo crucior[16]). Et ulterius celebrentur octo misse pro me, et liberabor a penis. » Quod ipse novicius fecit, et ceteri religiosi disciplinati sunt et missas celebrarunt.

Lapsis autem octo diebus predictis, sciens conversus, spiritum redire debere, timuit, et posuit aquam benedictam in camera sua; religiosi vero portaverunt eucharistie sacramentum in una camera propinqua, intendentes cum dicto sacramento ipsum novicium juvare, si a causa dictus spiritus vellet ipsum offendere. Et duo religiosi vigilabant in alia camera propinqua, audientes et videntes que fiebant cum isto converso per dictum spiritum. Qui spiritus ingrediens cameram dicti conversi in terribili forma magnum[17]) et timorem incussit. Et habebat canes secum, qui intrabant et exibant per fenestram. Ipse autem religiosus, volens dictum spiritum conjurare, cum difficultate facere potuit. Tamen spiritus dixit ei: « non opportet me conjurare, sed istos canes qui mecum sunt, quia sunt spiritus maligni, quos ita conjurabis: In nomine patris et filii et spiritus sancti. » Et volens conversus ipse aquam benedictam sumere et spargere, spiritus vas, in quo erat aqua benedicta, sparsit dicens: « aqua vestra benedicta ab aliquo tempore citra parum valet. Quia tamen me conjurasti, ut

---

[15]) Ergänze noster.

[16]) Also hier nur wegen Versäumniß klösterlicher Obliegenheiten wird der Geist (noch nicht Prior) gestraft. Weiter unten kommen wir darauf zurück.

[17]) Wohl zu ergänzen strepitum fecit oder etwas Aehnliches.

scires quis essem, dico tibi quod fui alias hujus conventus prior; sed male me regens ad studium me converti[18]), et ibi cum meo socio dissolute vivens et vagando fui cum eodem socio meo interfectus et redactus ad penas purgatorii. In quo fui in igne per spacium centum et sexaginta annorum; et est solus annus quo ad mundum redii, sed magis crucior per demones quam in purgatorio.» Et ostendit sibi faciem suam cum auricula pendente, et nasum etiam pendentem quasi abscissum, vermibus plenum, dicens spiritus, vermes demones esse qui eum cruciabant, et quod propter libros, quos socius ejus abstulit a monasterio et secum deportabant, dampnatus fuit[19]), quia illos retinuit. Et facta conjuracione per ipsum conversum. dicti canes omnes recesserunt; dicens ulterius, quod tunc spiritus predictus petiit sibi, ut eidem porrigeret manum, et licet porrigere nollet, spiritus ipse violenter arripuit manum suam dexteram et tetigit eum in digito medio; et fecit sibi maximum malum, et doluit diu, et adhuc restant intersignia in digito predicto[20]). Et recessit spiritus dicendo: «ego revertar ad te hinc ad octo dies, et dicam tibi quomodo salvus factus ero, et que tibi ventura sunt.» Et hiis dictis evanuit.

Post vero octo dies apparuit dictus spiritus sine impetu, hora tercia post meridiem[21]) nocte, habens albam

---

[18]) Nach spätern Angaben studirte er in Paris (Anshelm III, S. 383). Die ganze Fabel ist vortrefflich erfunden; über das damalige Studentenleben in Paris vgl. Demogeot, Histoire de la littérature française (14e éd., Paris 1874) S. 167. Die bloße Vernachlässigung klösterlicher Uebungen konnte eine so harte Peinigung nicht genügend rechtfertigen, es mußte ein gravirenderes Vergehen vorliegen; deßhalb die neue Erzählung. Ob dieser Prior (er wird später Kalpurg, von Murner Kaltburger genannt) eine historische Person war, konnte nicht ermittelt werden.

[19]) Nämlich der Kamerad wurde zur Hölle verdammt; s. später.

[20]) Diese Quetschung (?) des Fingers ist die einzige körperliche Mißhandlung, von der Jetzer im ersten Verhör zu erzählen weiß. Wir werden uns noch darauf zu berufen haben.

[21]) Sic!

et stolam indutus sicut sacerdos; et dixit: «ego modo liberatus sum a penis, et celebravi missam, et angeli me adjuverunt; et quando ego debebam recipere corpus Christi, ascendi ad celos[22]).»

Interrogatus, quid fecit idem spiritus de corpore Christi, dixit quod ignorat, dicens quod mortuus non potest recipere eucharistie sacramentum, et quod dictam missam celebravit in capella sancti Johannis dicti conventus Bernensis.

Dixit etiam, quod ipse spiritus ascendit usque ad septimum celum, prout sibi converso retulit; et cum in ea[23]) esset, vidit tanta bona, quod amplius non recordabatur tormentorum suorum preteritorum; nec sciret sibi aliud dicere, quia beata Barbara ad eum veniret et annunciaret sibi adventum futurum beate Marie virginis; dicens quod dictus spiritus vocabatur magister Hainricus Kalpurg, et quod hac ultima vice, qua sibi converso apparuit, loquebatur clare et distincte sicut unus alter homo.

Post autem tres aut quatuor dies beata Barbara apparuit sibi in forma decora et tanta claritate refulgens, quod debilitabat sibi visum, et hoc inter decimam et undecimam horas noctis; habebat crines protensos et prolisos[24]), multum decoros, et erat etatis juvenilis; cujus vestis erat alba, et dixit sibi, quod beata Maria appareret ei post matutinas ipsa nocte. Et habebat vocem dulcem sicut puella juvenis quindecim annorum. Et dixit ei: «ego nunc recedo, et revertar cum domina nostra.» Et statim dictus conversus genubus flexis se convertit ad quendam ymaginem cujusdam sancti[25]) existentem in dicta camera, et erat expectando beatam virginem Mariam.

Hora vero predicta post matutinas apparuit virgo Maria et beata Barbara, velo albo capite cooperto, induta clamide

---

[22]) Sic!

[23]) Sic! statt eo.

[24]) Sic! statt prolixos.

[25]) Sehr schön, daß Jetzer nicht einmal wußte, wessen Heiligen Bild er in seiner Zelle hatte und anbetete.

alba, cum duobus angelis sustinentibus se in aere supra terram per duos pedes. Cui converso beata Maria dixit: «ecce, venio ad te, non tamen propter merita tua, sed propter predecessorum merita, qui sunt jam ante centum annos in paradiso.»

Et habebat ipsa virgo Maria in manibus unum sustrum[26]) rasure telle, in quo involutus fuerat parvulus ejus, quando natus fuit; et dictum sustrum fuit repositum super oratorio (?) camere sue; et nescit quomodo nec qualiter repositum fuerit; habens ipsum sustrum tres guttas sangwinis domini nostri Jhesu Cristi, ut dicebat. Et insuper dixit quod clamis, qua induta erat, erat illa, in qua illusus fuit dominus noster Jhesus Christus tempore passionis sue, et erat coloris albi.

Insuper dicit quod beata Maria dixit sibi, quod est error in mundo, videlicet quod aliqui dicunt, dominum nostrum Jhesum Christum post resurrexionem suam apparuisse primo appostolis quam beate Marie, sed ipse apparuit primo beate Marie quam appostolis; etiam quod ecclesia tenet, quod dominus noster Jhesus Christus apparuit Cleophe et Luce in itinere, prout Lucas refert; tamen Cleophas non refert quod apparuerit Lucce[27]).

Dixit etiam quod beata Maria dixit, quod ipsa non erat semper prope crucem, qua(n)do crucifigebatur dominus noster; ita bene beata Maria Magdalena semper fuit presens[27]).

Item beatus Johannes, qui dicitur esse in paradiso terrestri, non est in eodem loco, sed credendum est eundem esse in celo[27]).

Item quod ipsa beata Maria est pariter in paradiso,

---

[26]) Hier spricht Jetzer nur von einem sustrum (anderswo fustrum), später sind es deren zwei. Das Wort ist weder bei Forcellini noch bei Ducange zu finden; es ist der Eintrag des Gewebes.

[27]) Diese Offenbarungen sind doch pure Wunderfitzigkeiten, wie Anshelm sagt, und sehr charakteristisch für die unnützen Grübeleien, auf die man in den Klöstern verfiel.

in corpore et anima, et quod hoc referri debeat Romano pontifici tantum[28]).

Item dicit, quod beata Maria nec appostoli post resurrexionem domini nostri Jhesu non viderunt eundem dominum nostrum resurrexisse in corpore, sed per quandam illuminationem; beata autem virgo Maria vidit ipsum in corpore et anima[27]).

Item dicit beatam Mariam sibi dixisse, quod dominus noster Jhesus Christus tetigit in fronte beatam Mariam Magdalenam, et quod intersignia digitorum remanserunt in fronte[27]).

Interrogatus, si sibi aliquid dixerit de conceptione sua, dixit quod non, nec scit quid hoc sit, quia de ista conceptione non fecit verbum[29]).

Item dixit beatam Mariam sibi dixisse, quod sanguis qui est in ampula in ecclesia beate Marie Magdalene[30]), est verus sangwis de corpore domini nostri Jhesu Christi.

Item et sangwis, qui est in Collonia, est etiam de vero sanguine domini nostri Jhesu Christi.

Item et sangwis, qui nunc est Berni in sustris rasure per eam super orasorio predicto reposito, nec est alius in mundo verus sangwis domini nostri Jhesu Christi preter isti[31]); dicens idem conversus, quod sunt duo sustra[32]) rasure de tella, in qua repositus fuit dominus noster Jhesus Christus in nativitate sua; et unum sustrum habet tres guttas sanguinis, alter vero quinque de vero sangwine domini nostri Jhesu Cristi.

Item dixit, quod virgo Maria precepit sibi, quod hec deberet religiosis referre, ut hec Romano pontifici revella-

---

[28]) Merkwürdiger Widerspruch mit spätern Aussagen! Hier bezieht sich die Botschaft an den Papst auf den leiblichen Aufenthalt der Maria im Paradies, später auf das eine Siegel und ihre unbefleckte Empfängniß.

[29]) Also die bestimmte Behauptung, Maria habe nicht von ihrer Empfängniß geredet! Wir werden darauf zurückkommen.

[30]) S. Anshelm III, S. 394.

[31]) Sic!

[32]) Siehe Anm. 26.

rent, et dictum sangwinem differri facerent, quia non debebat remanere Berni, sed ubi papa ordinaret[33]); quod tamen non fecerunt, sed vulgaribus personis et non pape Et superior ipsorum ipsis religiosis prohibuit, ne pape vel alicui revelarent; dicens etiam, quod non in una vice beata Maria hec sibi retulit, sed in pluribus vicibus et in pluribus apparicionibus.

Item dixit dictus novicius sive conversus, quod beata Maria[34]) dixit: «quomodo michi credetur, super hys nullus michi credet.» Tunc beata Maria respondit: «dabo tibi signa et intersignia, propter que credetur tibi». Et accepit manum ejus dexteram et strinxit in medio palme, dicendo: «dominus Jhesus Christus, filius meus, michi precepit, ut in signum predictorum in manu tua tibi stigma imprimerem;» et pressa manu remansit stigma, cum magno tamen dolore[35]), ipso[36]) religioso dicendo: «per hoc signum credetur tibi.»

Item dixit beatam Mariam sibi dixisse: «si jejunaveris per sex septimanas in pane et aqua, scilicet qualibet die Veneris, habebis et imprimentur tibi postea alia stigmata.» Quod et fecit idem conversus. Et durantibus dictis sex septimanis beata Maria sepius apparuit ei; dicens quod aliquando genubus flexis beata Maria orabat cum eo dicendo pater, ave Maria; existentibus etiam angelis secum.

Perfectis autem dictis sex ebdomadis, beata Maria iterum apparuit sibi, et dixit ei: «filius meus d(ominus) n(oster) precepit, ut alia stigmata sui corporis tibi imprimerem; quod et facio.» Et hiis dictis habuit alia stigmata in alia manu, in pedibus et in latere eo instante; et nescit quomodo impressa fuerunt[37]), nisi quod propter maximum

[33]) Siehe Anm. 28. Später lautet es wieder anders.

[34]) Sic! statt beate Marie.

[35]) Von einer Wunde und vom Blutverlust beim Stigmatisiren weiß er hier noch nichts; s. weiter unten.

[36]) Sic! statt ipsi.

[37]) Es ist merkwürdig, daß Jetzer nicht zu sagen weiß, wie ihm die vier weitern Wundmale beigebracht wurden. Wir kommen noch darauf zurück.

dolorem evanuit per modicum tempus. Et predixerat beata Maria, quod filius suus ita ordinaverit ut maximum dolorem pateretur ipse conversus in impressione dictorum stigmatum; item et ultra stigmata alios dolores intollerabiles pateretur; sed daret sibi dominus noster graciam et fortitudinem substinendi et supportandi dolores.

Item dixit idem conversus, quod ipse petiit ab eadem beata Maria virgine, si posset salvari et esse in gracia Dei. Que sibi dixit: «si tu serves vias Cristi et facias ejus precepta, tu eris salvatus.»

Item dixit, quod per quatuordecim ebdomadas continue passus est maximum dolorem in forma crucifixi, et propter dolorem evanuit, licet stigmata saltem primus[38]) portaverit per viginti ebdomadas.

Item dixit beatam Mariam sibi dixisse, quod non portaret dicta stigmata nisi per quatuordecim ebdomadas. Interim religiosi facerent debitum erga Romanum pontificem, revellando sibi predicta; dicens quod omni die maximam passionem durantibus quatuordecim ebdomadas predictis passus est, in tantum quod videbatur quasi mortuus; et majorem passionem substinebat feria sexta quam aliis diebus.

Item dixit beatam Mariam sibi dixisse: «sicut dixi tibi, quod patereris dolorem predictum stigmatum et excessum per te substentum ad tempus quatuordecim ebdomadarum, et non amplius, et noluisti michi credere, ut autem credas ea que dixi tibi, volo de precepto filii mei te liberare.» Et statim liberatus fuit, ita ut nulla intersignia appareant in manibus, pedibus et latere[39]); nocte tamen precedente vulnera magis cruentarunt quam ante fecissent.

Item dixit quod continue vexaretur. In primiciis do-

---

[38]) Soll wohl heißen primum.

[39]) Das glaube, wer kann, daß Wunden, die 20 bezw. 14 Wochen lang unterhalten worden waren, in drei Tagen (Anshelm III, S. 452) heilten, ohne Narben zurückzulassen! Für die Heilung ist Anshelm ein durchaus unverdächtiger Zeuge. S. weiter unten.

loribus venit ad eum quidam doctor Basiliensis nomine magister Wernardus[40]), ordinis sancti Dominici; qui consuluit quod beata Maria, que sibi apparebat, conjuraretur. Quod factum fuit ut sequitur. Quia deferri fecerunt corpus Christi ad cameram ipsius conversi hora qua consueverat beata Maria ad eum accedere; et reposito corpore Cristi in corporali, beata Maria apparuit converso, et viso corpore Christi, posuit se genibus flexis ante ipsum corporis[41]) Christi. Tunc conversus dixit: «nescio si sis virgo Maria; ideo conjuro et[42]) per patrem et filium et spiritum sanctum ut, si sis virgo Maria, sumas sacramentum.» Que dixit: «hic est filius meus;» et cepit orare dicendo Pater, ave Maria, cum dicto converso. Quo facto sancta Maria oravit dominum, dicens: «peto misericordiam», et accepit sacramentum corporis Cristi in manu sua albissima. Et statim sacramentum conversum fuit in formam et colorem sanguinis, prout adhuc est[43]). Et ipsum sacramentum ipsa beata Maria portavit super altare, quod est in dormitorio, cum corporali in quo repositum erat. Et dictum sacramentum humidum videbatur, et tamen non intinxit nec maculavit corporale.

Interrogatus nunc, pro quo vel quibus beata Maria misericordiam petebat, dixit quod ignorat, credit tamen quod pro toto mundo.

Item dixit, quod quadam nocte, hora secunda post mediam noctem, dum visitaret altaria per stationes, reperit beatam Mariam ante altare beati Johannis; que dixit sibi: «quid facis?» Et respondit: «ego volo ire ad orandum.» Et dixit ei beata Maria: «vadamus et oremus simul.» Et iverunt ambo ante magnum altare; et paulo post se reperit super altare beate Marie, et vidit ymaginem beate

---

[40]) Wahrscheinlich der Basler Prior Werner von Sälde.

[41]) Sic! statt corpus.

[42]) Sic! statt te.

[43]) Vgl. damit den späteren, auch von Anshelm (III, S. 406 ff.) erzählten Bericht über die Verwandlung der Hostie.

Marie lacrimantem et loquentem filio. Qui filius modicum se movens dixit: «quare ploras?» Respondit beata Maria: «ego ploro propter peccata mundi, quia non curat mundus ea que ad salutem suam sunt, non querunt, sed semper in peccatis habundant, et te contempnens[44]); rogo ut parcas eis.» Cui filius dixit: «non ploras[45]), quia exaudita est oracio tua.» Et dum vellet ipse religiosus recedere, non potuit, quia dixit sibi beata Maria: «non recedas hinc donec eucharistie sacramentum receperis.» Et religiosi assurgentes sacramentum corporis Cristi ad dictum altare detulerunt et communicarunt dictum religiosum. Et postea recessit; dicens quod nescit quomodo fuerit super altare predictum portatus.

Item dixit, quod quinque vicibus fuit delatus ad dictam cappellam, non tamen super altare.

Et postquam etiam a stigmatatibus[46]) liberatus fuit, beata Maria sibi pluries apparuit.

Item dixit quod sunt circa quindecim dies, quibus beata Maria non sibi apparuit.

Interrogatus, ubi ipse conversus erat ultimo, quando apparuit et in ultimo vice, dixit quod in camera sua.

Item die quindecima mensis Octobris, anno quo supra, in castro sancti Marii, videlicet in stupha ipsius castri, constitutus personaliter prefatus Johannes Yecher conversus coram reverendissimo domino nostro Lausannensi episcopo et principe, ac in presencia reverendi domini Baptiste de Aycardis, et venerandorum dominorum Francisci de Fabrica, cantoris, Ludwici de Petra, Michaêlis de sancto Ciriaco, juris periti, canonicorum Lausannensium, et fratris Stephani Coste, prioris conventus beate Katherines in Joreso[47]), ordinis Carmelitarum, qui(c)quid conversus medio ejus juramento predicto interrogatus et examinatus fuit

---

[44]) Sic! ſtatt contempnunt.

[45]) Sic! ſtatt plora oder plores.

[46]) Sic!

[47]) Jorat?

interpretantibus reverendo domino Johanne Ballistarii preposito Bernensi, et nobili Petrimando Asperlin interrogantibus et referentibus ut sequitur:

Primo interrogatus, si omne superius per eum confessata, dicta et responsa sint vera, respondit quod sic.

Iterum interrogatus, si beata Maria virgo sibi quitquam loquuta fuit de sua conceptione, respondit quod nunquam sibi loquuta est[48]).

Interrogatus quomodo cognoscit, quod illa mulier, que cum eo loquuta fuit, sit virgo Maria, respondit quod ex eo, quod ipsa dixit sibi quod erat virgo beata. Et eam credit firmiter esse beatam Mariam, et in hac fide et oppinione vult mori.

Interrogatus si tetigit eam, respondit quod, quando ferebat sacramentum, ipsa se appropinquavit de eo adeo prope, quod ipse voluit eam tangere, sed sibi visum fuit quod res, quam tangebat, esset nebula.

Interrogatus, si ipsa tetigerit eum, respondit et dixit, quod aliquando tetigit eum in manibus et in corpore.

Interrogatus, si sentiebat tactum ejus, dixit quod sic.

Interrogatus, an erant ejus manus calide, dixit quod ignorat, quia oblitus est et non recordatur.

Item interrogatus, si ipse unquam dixerit priori vel conventui, quod beata virgo sibi dixerit se esse conceptam in peccato originali, dixit quod non; et si religiosi dicti conventus dicant quod idem conversus dixerit, non dicunt verum, sed dicunt ex se ipsis[49]).

Interrogatus, si ipse conversus de ipsa conceptione audivit priorem loqui, respondit quod non.

---

[48]) Siehe Anm. 29.

[49]) Sehr zu beachten! Die Lehre der Franziskaner von der unbefleckten Empfängniß war ganz naturgemäß viel volksthümlicher als die der Dominikaner, somit ist es von vornherein glaublich, daß auch Jetzer ihr anhing (wir werden später noch bestimmtere Belege für diese Vermuthung finden) und seine Obern im Kloster ihm dieselbe auszureden suchten.

Item dixit, quod erunt cras octo dies, quibus beata Maria sibi apparuit et sibi dixit: « scias quod quandiu fui in hoc mundo, nunquam habui bonum nec leticiam, sed multa mala; post mortem vero meam assumpta fui in celum, et sum cum leticia in conspectu filii mei. Ita erit tibi, quia habebis multa mala in hoc mundo; sed si pacienter tuleris, poteris salvari, quia non intrat in regnum celorum, qui non patitur multa mala. » Et hanc eandem appariciomem habuit die dominica et die Mercurii proxime preteritis [50]).

Item interrogatus, qua hora apparuit die dominico, dixit quod consuevit in media nocte surgere et dicere paternoster et suas oraciones; et illa hora apparuit cum gaudio et cum magna claritate, sicut essent faces vel grossus ignis.

Item interrogatus, cujus coloris erat illa claritas, dixit quod ignorat, quia claritas illa erat adeo amena, quod non habuit respectum ad colorem.

Item interrogatus, quando virgo beata recedit ab eo, si relinquat eum consolatum, dixit quod sic.

Interrogatus, si apperiat portas exeundo, dixit quod non, sed evanendo recedit;

Dicens quod beata virgo Maria sibi dixit, quod pater eam plus diligebat virtute paciencie quam virginitatis.

Interrogatus, si virgo Maria promisit ei quod ipsa reverteretur eum visum, dixit quod non.

Item post aliquod temporis intervallum eadem die, ex se ipso motus, et adcusatus, prefato referendissimo domino nostro, in presencia reverendi domini Baptiste de Aycardis, ejus vicarii, atque fratris Stephani Coste, prioris conventus sancte Katharines in Joreso; referentibus interpretibus quibus supra, dixit quod vellet aliqua prefatis dominis dicere, eo prius absoluto juramento, quo astrictus erat per superiorem suum provincialem [51]) de non revellando que dicere

---

[50]) Hier ein Beispiel, daß Jetzer Visionen der Muttergottes fingirte oder hatte.

[51]) Also dem Provinzial will er einen Eid geleistet haben, zu

intendit; extitit rogando et supplicando, per prefatum reverendissimum dominum nostrum dictum juramentum sibi relaxari. Prefatus vero reverendissimus dominus episcopus sanctum juramentum ipsi Johanni converso ad ejus preces humiles relaxavit, et ab eo absolvit ad fines apperiendi veritatem de hiis, que revellare et confiteri intendebat pro exoneratione anime sue, et ut veritas magis apparere posset.

Post cujus quidem juramenti absolutionem et relaxationem, sic ut premittitur factas, dixit et confessus est ut sequitur:

videlicet, quod fecit juramentum solemne in manibus duorum doctorum, fratrum dicti ordinis, missorum per reverendissimum dominum provincialem ordinis predicatorum, quod non revelaret verba dicta per illam ymaginem, que fleverat, de conceptione beate Marie; quam quidem revellationem conceptionis beata Maria in camera sua non semel, sed pluries revellaverat. Quam quidem revellationem dixerat ipse Johannes conversus priori et religiosis, quam summo pontifici revelare debebant. Et est talis ut sequitur: videlicet quod fuerit in peccato originali concepta; sed Deus pater ipsam a dicto peccato liberavit infra tres horas[52]); dicens quod, dum ipse frater esset super altare in cappella beate Marie ut supra, et beata Maria loqueretur secum, scilicet ymago nemoris, dixit quod filius suus, dominus noster, quem in brachiis ejus tenet, erat quasi prostratus. Et dum beata Maria secum loqueretur verba supradicta, filius beate Marie se erexit et levavit in altum, quasi per medium cubitum. Et hoc vidit, quia beata Maria lacrimabatur, dum dixerit sibi predicta verba; et vidit beatam

schweigen; das kann sein; begreiflich, denn Offenbarungen im Sinne der Franziskaner konnten die Dominikaner nicht brauchen.

[52]) Hier lügt Jetzer ganz offenbar; denn die Mönche hatten nicht nur kein Interesse, die Uebereinstimmung der Muttergottes mit ihrer Lehre zu verheimlichen, bezw. Jetzern die Bekanntmachung eines dahin zielenden Gesichts zu verbieten, sondern mußten im Gegentheil großen Werth auf dessen Bekanntwerden legen. Jedenfalls wäre dieser Dinge wegen weder ein Eid noch eine Absolution von demselben angezeigt gewesen.

Mariam de nemore movere labra dum loqueretur. Cui filius dixit: « quare ploras et lacrimaris? non prodest quia contristaris, qui contristet propter mesticiam tuam; nam omnia, quecumque volueris et optaris adimplebo. » Cui beata Maria dixit: « ego non lacrimata sum propter dolorem; sed miraculose ad demonstrandum meam contrictionem; »

dicens quod, quando adductus fuit per beatam Mariam, que sibi apparuerat in camera, super dicto altari, quod amovit velum quod erat super faciem filii beate Marie de nemore, et deinde evanuit beata virgo; et quod vidit vultum dicti filii mutare colorem, et sumere colorem rubicundum.

Item dixit, quod beata virgo tunc dixit sibi: « domini Bernenses et communitas pariter dicunt, quod propter erectionem ecclesie et collegii sancti Vincencii, et propter abolicionem et suppressionem aliorum beneficiorum ville Bernensis et communitas predicta paciuntur tam in tempestatibus quam aliis occurrentibus adversis. Sed tamen non est ita, ymo veritas est in contrarius[53]); quia beneficia extincta erant sine aliqua frugi devotione et utilitate animarum[54]) propter officium, quod in dicta ecclesia fit in augmentationem divini cultus; et adversitates predicte proveniunt propter peccata eorum et propter eorum presumptiones, quia nimis presumunt;

Dicens ulterius, beatam Mariam sibi dixisse, quod ecclesia sancti Vincencii seu collegium debent et tenentur fratribus minoribus de Berno in summa undecim Renensium, ad quam realiter (?) tenentur; nec domini canonici nec fratres minores hec sciunt. Sed si satisfactum fuerit ipsis minoribus, dicti canonici et collegium cum bona fide tenent reliqua que habent in dicto collegio[55]).

Interrogatus, si sciat causam quare hostia sit maculata,

---

[53]) Sic! statt contrariis.

[54]) Hiezu am Rande die Bemerkung: Nunc autem sunt reducta per dictam errectionem ad utilitatem animarum.

[55]) Confus; verständlicher bei Anshelm (III, S. 441).

sicut est, respondit quod beata Maria sibi dixit quod propter peccata[56]).

Interrogatus, si beata Maria tetigit sacramentum, dixit et respondit quod sic, prout ante.

Interrogatus, si ipse conversus tetigit beatam hostiam, dixit quod non. Nec plura pro tunc dixit etc.

Die ultima Octobris, anno quo supra et loco premisso, coram reverendissimo domino nostro episcopo Lausannensi et principe prefato, et in presencia reverendi domini Baptiste de Aycardis, ejus vicarii, constitutus prefatus Johannes Yecher conversus, et ejus medio juramento interrogatus ut supra, interpretantibus prefato domino Johanne Ballistarii preposito, et nobili Petrimando Asperlin, interrogantibus et referentibus, ut sequitur:

Interrogatus ipse Johannes Yecher conversus, si firmiter credat mulierem, que sibi loquuta est, esse beatam Mariam, respondit quod nedum putat eam esse talem, sed firmiter credit, et in hac oppinione vult mori.

Item interrogatus, an credit omnia, que sibi dicta sunt per beatam Mariam virginem, sint vera, respondit quod sic.

Item interrogatus, si sit verus cristianus, dixit quod sic, et quod vult mori bonus christianus[57]).

Item si credit in sanctam matrem ecclesiam, et teneat et firmiter credat, in quibus credit et tenet, respondit quod sic[57]).

Interrogatus, quod cum ecclesia tentat quod beata Maria sit concepta sine peccato originali, si credat quod hoc sit verum, respondit quod credit ea, que sibi dixit virgo Maria de hac materia. Et si tota religio christiana aliter credat, non vult deniare[58]); sed tamen credit ea que sibi dixit virgo Maria.

Nec plura pro tunc dixit.

---

[56]) Von diesen Flecken an der rothen Hostie ist nachher nur noch beiläufig die Rede.

[57]) Was diese Fragen zur Aufklärung der Sache beitragen sollen, ist schwer erfindlich.

[58]) Soll wohl heißen deviare.

*Articuli et interrogatoria*
contra predictum Johannem Jecher.

Ut veritas magis in lucem prodeat, et errores in sancta matre ecclesia extirpentur, qui non solum ad pertiniciem[59]) seminantium et spargentium illos, verum etiam ad scisma generandum in ecclesiam et populum tendunt; ad quos extirpandos ecclesiarum prelati viribus insistere habent; presertim ubi scandallum corporum et animarum imminere cernunt, ut in presenti causa contra Johannem Yetzer[60]) conversum conventus fratrum predicatorum Bernensis, ordinis sancti Dominici, Lausanensis diocesis, ad instanciam magnificorum et potentum dominorum Bernensium intemptata; in qua errores seminati, publicati et divulgati publice sunt ut scisma maximum ac sedicio periculosa nimis, non solum in urbe Bernensi predicta et diocese Lausannensi, verum eciam in pluribus aliis circuvicinis locis[61]) exorte sunt, unde et hereses et scismata pullulare videntur, nisi celeri mora occurratur. Qui quidem errores et alia premissa ex confessione ipsius Johannis Yetzer conversi coram illustri et reverendissima paternitate vestra, in presencia venerabilium dominorum vobiscum assistentium facta et complicum suorum in erroribus suis adherentium procedunt. Ideo quia per articulos et posiciones et interrogatoria specialia materia subjecta magis delucidari solet, eapropter egregius vir dominus Johannes de sancto Ciriaco, phiscalis mense episcopalis Lausannensis et fidei sacre procurator, articulos sive posiciones infrascriptas contra prefatum Johannem Yetzer conversum, instantibus magnificis dominis sculteto et consulibus urbis Bernensis dat et pro-

---

[59]) Sic! statt perniciem.

[60]) Ob bloß pro forma? oder wurde Jetzer wirklich von der Mehrheit des Raths für den Schuldigen gehalten?

[61]) Darüber fehlt jede Angabe; daß aber die Sache ungeheures Aufsehen machte, ergibt sich aus der Abordnung Murners nach Bern als Reporter.

ducit, quas suo medio juramento asserit fore veras; petens illis per dictum Johannem cum juramento responderi, alias pro confessatis haberi; et si negeretur, ad illos sive illas probandas admitti petit citra onus superflue probacionis cum protestacionibus debitis et opportunis [62]).

5. Item et quod ipse Johannes est laycus ydiota, nullas litteras sciens, mecanicus natus et toto tempore vite sue nisi ab anno citra sic nutritus est.

6. Item ponit et articulat, quod causa devocionis vel alias conventum fratrum predicatorum conversus a festo nativitatis domini nostri Jhesu Cristi proxime preterito citra in urbe Bernensi ingressus est.

7. Item et quod nullo caracthere prime tonsure nec alterius ordinis insignitus nec munitus est.

8. Item nec aliquam professionem tacitam nec expressum in dicto conventu nec alibi fecit, sed semper fuit et est merus secularis, et mechanicus, qui in arte sartorie aliquandiu conversatus, et ad hoc, ut in dicto conventu in arte sua sartorie deserviret, in conversum receptus est.

9. Item quod sic conversus in dicto conventu per aliquos menses stetit, nullam professionem faciendo.

10. Item quod, licet vir ydiota, laycus ignorans litteras et etate juvenis sit, per multos et infinitos errores, tam per se quam per suos fautores complices cooperantes et adjutores adinvenit.

11. Item et illos in urbe Bernensi tam ipse quam sui ut supra complices, coadjutores, adherentes et confoventes palam et publice publicavit et publicaverunt.

12. Item quod dicti errores tam enormes fuerunt et sunt intollerabiles, et in plebe et populo scandalosi et suspecti, quod scisma et sedicio quasi in populo Bernensi generata est aliis dicentibus, quod bene et per bonas operaciones per eum et suos complices divulgata et publicata

---

[62]) Die folgenden Punkte sind großentheils bloße, nahezu wörtliche Wiederholungen von Jetzers Aussagen; wir streichen daher alles Entbehrliche.

erant; aliis vero, quod falsis adinvencionibus et simulatis gesta essent.

13. Item et quod super hiis tanta sedictio[63]) et convencio in populo exorta extitit, ut pro illa sedanda magnifici et potentes domini Bernenses reverendissimum dominum episcopum Lausanensem et principem accersiri fecerunt, eum rogantes summa cum instancia, ut se ad locum Berni transferret, ut audito et examinato dicto fratre Johanne cum suis adherentibus et complicibus, quid tenendum esset et agendum, assercionibus, publicacionibus et divulgacionibus errorum, ut prima facie videbatur, cognosceret, decerneret et declararet.

14. Item et quod prefatus reverendissimus dominus Lausannensis episcopus et princeps, volens prefatis dominis Bernensibus morem gerere, etiam ut errores predictos cognoscere et extirpare juxta ejus possibilitatem posset, associatis viris gravibus et peritis et ad hoc cognoscendum ydoneis, personaliter accessit.

15. Item et quod viso dicto Johanne converso, et eo audito, in dictis publicatis erroribus per eum et suos complices, presertim in eo, in quo spiritus animarum defunctorum, spiritus malignos se vidisse, in eum ipsis loquutum fuisse dicebat.

16. Item et pariter in eo, in quo divinas visiones sanctorum, sancte Barbare presertim, ac intemerate et inmaculate virginis Marie vidisse, audisse, familiariter conversasse, confabulasse simul, orasse, tetigisse visibiliter et palpasse, atque easdem pro verificacione veritatis sciende conjurasse, et ita reperisse confitebatur et asserebat.

17. Item et super eo, quod sacramentum eucharistie in camera sua delatum et per tactum beate Marie in forma sanguinis suis[64]) cruoris conversum fuisse et esse asserebat.

18. Item et in eo, in quo se stigmata quinque domini nostri Jhesu Cristi per beatam virginem Mariam in cor-

[63]) Sic!

[64]) Sic!

pore impressa fuisse, videlicet in manibus, pedibus et latere, et singulis diebus passionem domini nostri Jhesu Christi inter undecimam et decimam[65]) horas cum tante et tali dolore in forma crucifixa extensas manibus et pedibus pati, quod pre dolore exanimis fieret, et tamquam exanimis, nichil senciens, permanere asserebat.

19. Item in eo, in quo aliqua sustra albissima rasure telle, in qua involutus fuit dominus noster Jhesus Christus tempore nativitatis sue, aliquibus guttis sangwinis intincta sibi per beatam Mariam tradita asserebat.

20. Item in eo, in quo se per beatam Mariam invisibiliter ad capellam beate Marie virginis, in ecclesia fratrum predicatorum Bernensi predicta erecta, que est sericis gemis[66]) circunclusa, super altare se delatum fuisse, ac beatam Mariam, que est ibi in structura liginea constructa et depicta, plorantem et lacrimantem, ac loquentem sibi ac filio suo, domino nostro Jhesu Cristo, quem in brachiis suis tenet, similiter et filium suum beate Marie loquentem; et respondit vidisse et audivisse, ac demum de dicto loco recedere non posse nisi prius eo communicato corpore sacrato domini nostri Jhesu Cristi, se sic confitentem jactanter cum suis audivisset.

Que omnia non solum incredibilia, vacua et falsa, et pocius impossibilia quam naturalia viderentur. Unde prefatus reverendissimus dominus episcopus Lausannensis et princeps, matura deliberacione super hoc habita[67]), attendens quod ex hiis erroribus majores oriri possent, qua animas in profundum malorum deducere possent, prefato Johanni converso, ac priori, suppriori ceterisque dicti conventus religiosis prohibuit et inhibuit, sub pena et censuris juris, ne ipsum Johannem in ea forma, in qua se pati passiones Christi ostendebat, alicui demonstrarent nec osten-

---

[65]) Sic! statt duodecimam.

[66]) Soll wohl heißen geminis.

[67]) Ueber diese Untersuchung durch den Bischof von Lausanne vgl. Anshelm III, S. 448 ff.

derent, sed hanc materiam tanquam extinctam penitus et sepultam haberent, prout de hiis ex tunc in debita forma confecte littere et instrumenta.

21. Item et quod prefati prior, supprior et conventus hec facere polliciti sunt, et dictas prohibiciones et inhibiciones cum graciarum actionibus receperunt, et obedire velle protestati sunt.

22. Item et quod hiis non obstantibus, paucis post lapsis diebus, dicti Johannes conversus, prior, supprior cum ceteris fratribus dicti conventus ad divulgacionem, publicacionem dictorum errorum, et aliorum non minorum illis, processerunt, et in tanta petulancia, arrogancia et presumptione super premissis attemptarunt, quod rumor intollerabilis, errores innumerabilis usque ad sedictionem in plebe et populo adeo generati sunt, quod vix populares retrahi potuerunt, quominus religiosos dicti conventus cum suppositis et conventu ad perpetuam dirruptionem deducerent.

23. Item quod magnifici domini scultetus et consules urbis predicte Bernensis, volentes sedictionem et tumultum istos sedare, prefatum Johannem conversum ad paternitatem v(estram) reverendissimam per nuncios suos expressos remiserunt et adduci fecerunt, rogantes et obtestantes, ut per omnes vias juris contra ipsum procedere vellet ad veritatem habendam et errores predictos extirpandos, etiam per questiones et torturas, prout casus exigencia requireret.

24. Item et hanc eandem requisicionem et instanciam sepius per suas litteras et noncios reiterarunt et de presenti reiterant et continuant requirentes ut supra.

25. Item et quod, premissis attentis, p(aternitas) v(estra) reverendissima, cum primum prefatus Johannes ad manus ejusdem p. v. reverendissime reductus est, ad formandum ejus processum per multas interrogaciones (et) examinaciones processit.

26. Item et presertim et principaliter die octava mensis Octobris anni presentis millesimi quingentesimi sextini[68]), in stupha castri sancti Marii, in presencia reverendi domini Baptiste de Aycardis, vestri vicarii, juris utriusque, Francisci de Fabrica, cantoris, Ludwici de Petra, Guidonis de Prez, decretorum doctorum, canonicorum Lausannensium, ac fratris Stephani Coste, prioris sancte Catherines in Joreto, ordinis Carmellitarum, hora undecima ante meridiem constitutus prefatus Johannes conversus, qui ejus medio juramento sacrosanctis Dei evangeliis corporaliter factis[69]) prestito, interrogatus fuit per p. v. reverendissimam sive vestrum supradictum vicarium de dicenda veritate per medium interpretuum, videlicet reverendi p(atris) domini Johannis Ballistarii, prepositi Bernensis, ac nobilis Petrimandi Asperlin, in li(n)gua theutonica seu germana et gallica expertorum:

2. Item si esset litteratus, respondit quod non, quia nunquam litteras didiscit;

3. Interrogatus pariter, quare et quomodo ingressus religionem sancti Dominici, respondit quod per longum tempus hoc semper gerebat in animo, et optabat ut intrare posset aliquam religionem. Et tandem ad dictum conventum Bernensem ivit, et sarciebat in conventu, sine habitu; et stetit in eodem conventu per viginti septimanas, videlicet a festo sancti Bartlomei usque ad festum apparicionis seu Epiphanie domini nostri Jhesu Cristi. Et tunc in ipsa die apparicionis predicta, ad multas preces et requisitiones, ad habitum conversi receptus est.

4. Item dixit et sponte confessus fuit ex sua mera et spontanea voluntate, virtute juramenti per eum prestiti de veritate dicenda, quod antequam habitum suscepisset, quidam spiritus in camera sua apparuit, palpitans supra lectum ejus et trahens cooperturam lecti, de quo multum timebat;

---

[68]) Sic! ſtatt septimi.

[69]) Sic! ſtatt tactis.

et ut evidaret turbacionem dicti spiritus, surgebat et ibat ad matutinas. Et hoc sepius apparuit sibi.

10. Item dixit quod dictum spiritus[70]) aliquando per claustrum ire etiam vidit.

11. Item et quod eundem spiritum in stupha prioris aliquando sedere videbat, et dum prior intrabat, timebat.

12. Item, quod interrogatus, si semper in eadem forma appareret, dixit et confessus est quod sic.

15. Item dixit, super hoc interrogatus, si dictus spiritus aliquod ammictum super se habere(t)[71]), respondit quod non tunc temporis.

19. Item dixit et confessus est quod, ipso liberato a peste, reductus fuit ad cameram suam. In quo camera dictus spiritus bina vice apparuit sibi in forma religiosi cum habitu sancti Dominici; qui spiritus flammas per os et nares emittebat, de quo multum ipse Johannes timuit, quia erat flamma horribilis.

20. Item dixit et confessus est, interrogatus ad hoc, an essent religiosi secum, respondit quod erant tres, sed non viderunt dictum spiritum dicti tres religiosi, nisi unus, videlicet magister Hainricus infirmarius; dicens quod spiritus ipse apperiebat et claudebat portam que[72]) erat in dicta camera, appariendo et claudendo ac si luderet. Et stetit ibi per spatium dimidium hore.

50. Item dixit quod per dictas sex ebdomadas, ut sibi preceptum fuerat, jejunavit. Et sic jejunando et faciendo beata Maria sepius sibi apparuit, et cum eodem converso genibus flexis ipsa oravit dicendo pater-noster et ave Maria, secum etiam angelis assistentibus; et loco illius verbi « fructus ventris tui » dicebat « fructus ventris mei »; et in credo, ubi est « et in Jhesum Christum filium ejus » dicebat « filium meum »[73]).

---

[70]) Sic! statt spiritum.

[71]) Siehe Anm. 7.

[72]) Siehe Anm. 10.

[73]) Von diesen Variationen steht im Verhör selber nichts.

56. Item dixit quod omni die, durantibus dictis quatuordecim ebdomadis, maximam passionem passus fuisset in tantum quod videbatur quasi mortuus; et majorem passionem substinebat sexta feria quam aliis diebus. Et dum sustinebat et paciebatur dictos dolores, jacebat supra lectum supinus, extensis manibus in modum crucifixi, et pedibus altero super altero repositis; et tantum vexabatur pre dolore, quod exanimis sine sensu, auditu et intellectu jacebat[74]).

84. Item dixit, beatam Mariam sibi dixisse quod magnifici domini Bernenses et communitas pariter dicebant, quod propter erectionem collegii in ecclesia sancti Vincencii et propter extinctionem et suppressionem aliorum beneficiorum, quod villa Bernensis et communitas tam in tempestatibus quam aliis diversis occurrentibus paciebantur; sed quod non erat ita, ymmo veritas est in contrarium, quia beneficia extincta erant sine aliquo fruge sive cultu divino utilitate animarum ante dictam extinctionem. Tunc autem per dictam erectionem reducta sunt ad utilitates animarum et cultum divinum propter officium, quod in dicta ecclesia fit in honorem divini cultus; et quod adversitates predicte propter peccata eorum et propter presumpcionem, quia minus[75]) presumunt, veniunt.

85. Item dixit et confessus est beatam Mariam sibi dixisse, quod ecclesia sancti Vincencii seu collegium ejus debent et tenentur fratribus minoribus de Berne in summa undecim Renensium, et ad illam summam realiter tenentur; nec canonici nec fratres minores hec sciunt. Sed si satis-

---

[74]) Diese Passionsgeschichte ist in den Protokollen nirgends ausführlich erzählt; den vollständigsten Bericht darüber gibt Anshelm (III, S. 421 ff.), wesentlich übereinstimmend mit Murner (Historia mirabilis quatuor hæresiarcharum) und es geht daraus unzweifelhaft hervor, daß Jetzer sich nicht selbst in diesen Zustand versetzen konnte.

[75]) Soll wohl nimis heißen. Die ganze Stelle ist eine confuse Apologie der Aufhebung des deutschen Ordens und der Einsetzung des Chorherrenstiftes. In spätern Verhören wird die Sache klarer.

factum fuerit.. ipsi dicti canonici et collegium cum bona fide reliqua bona, que habent in dicto collegio, tenebunt.

86. Item quod, interrogatus si sciat causam quar(e) hostia in[76]) maculata fuit sicut est, dixit quod sic, quia beata Maria virgo sibi dixit quod est propter peccata.

87. Item et quod beata Maria dictum sacramentum eucharistie tetigerit sicut ante, ipse autem conversus non tetigit illud[77]).

Item ponit et articulat prefatus egregius Johannes de sancto Ciriaco procurator phiscalis, quod die decima septima mensis Novembris, anno et loco predictis, coram reverendissimo domino nostro Lausannensi episcopo et principe, nec non in presencia reverendi domini Baptista de Aycardis, ejus vicarii, venerandorumque virorum dominorum Johannis de Sallinis thesaury, Francisci de Fabrica canth(or)is, Guilliermi de Monte-tragone, canonicorum Lausannensium, necnon nobilis et potentis Bartholomei de Prez domini Corsellarum, sepedictus Johannes Yecher conversus personaliter constitutus et interrogatus fuit ut infra:

99. Interrogatus, si existimet se sanctum esse[78]), respondit quod se existimat unum pauperem peccatorem esse.

Item interrogatus et examinatus super singulo articulorum retroscriptorum articulo, an contenta in eis, per eum confessata, sint vera, debiteque repetitus super eisdem per medium interpretum predictorum ac venerandi fratris Nycodi Synoteti, elemosinarii prioratus Lustriaci. Cui quidem conversus ad singulos predictos articulos respondit ut in capite cujuslibet ipsorum per verbum fatetur vel negat, alias ut in eisdem continetur et describitur.

100. Item ulterius addendo prioribus confessatis, post responsiones, per eum sic ut premittitur factas ad omnes

---

[76]) Sic! ja nicht als Negation mit maculata zu verbinden. Was das in soll, ist unklar.

[77]) Die Artikel 88 und 89 fehlen.

[78]) Wichtig gegenüber den Reden vom neuen Heiligen, der St. Franciscus überbiete.

et singulos articulos particulariter, prout in capite eorum ut supra describitur, dixit et confessus est, quod tempore quo habebat stigmata et dolores, ponebatur quadam die circa horam duodecimam meridiei, vigilando raptus fuit in spiritu, et vidit celum appertum, et dominum nostrum Jhesum Christum cum beata Maria, beata Barbara, sancto Francisco, sancto Dominico, sancta Katherina cum ceteris sanctis, et religioso predicto qui totiens sibi apparuerat, dicens quod tantam claritatem vidit et tantam gloriam, quod pro videndo quis daret quidquid haberet. Vidit etiam crucem domini nostri cum singulis passionibus domini nostri Jhesu Cristi, audivitque ipsum dominum nostrum Jhesum sibi loquentem, dicentemque sibi: « ecce amice, si pacienter dolores passionis mee substinueris, hanc coronam (quam sibi monstravit, mirabiliter fulgentem) habebis. Vis ergo illam habere? » Qui respondit « volo ». « Pacienter ergo substine dolores predictos. » Et hec visio per novem horas vel circa duravit; dicens quod vidit dominum nostrum Jhesum Christum indutum veste qua indutus erat tempore passionis, quam dicunt milites Pilati lussisse ac etiam in tres partes divisam fore. Et dixit sibi dominus noster: « ecce vestem meam, quam molebat Pilatus in tres partes dividi, in tribus publicis locis apponi ad hoc ut mors Christi, quam homines latronem, proditorem et nequam appellaba(n)t, universis ostenderet [79]); sed quod dominus noster illam subtrahi fecit et ad celum portare, prout videbat; dicens ulterius, quod etiam vestem albam, in quo illusus fuit, in paradiso vidit, et dominus noster sibi eam ostendit [80]).

[79]) Sic! statt ostenderetur.

[80]) Ist Jetzer wirklich der Idiot gewesen, als der er in Art. 5 bezeichnet wird, so kann an eine Simulation dieser so klar beschriebenen Gesichte kaum gedacht werden; dann ist aber auch kein Grund, ihm verschiedene andere zu bestreiten; will man dagegen dieselben in Abrede stellen, so fällt auch der Idiotismus dahin und das Ganze ist Simulation. Für beide Annahmen sprechen schwerwiegende Gründe und wir getrauen uns nicht, darüber zu entscheiden.

101. Item dixit, quod eandem visionem habuit duabus vicibus, in secunda vice duravit per octo, et tercia per tres horas.

Item die vicesima Novembris, anno et loco quibus supra, in presencia prefatorum venerandorum dominorum Johannis de Sallinis thesaurarii, Francisci de Fabrica cantoris, Ludwici de Petra, Michaelis de sancto Ciriaco, Guillelmi de Monte-dragone, canonicorum Lausanensium, ac egregii viri Johannis Frisczing, olim ballivi Orbe et de Escharlæns, ambassiatoris magnificorum et potentium dominorum Bernensium, necnon nobilis virorum Nycodi de Cejonay ballivi Lausannensis, Johannis Majoris Lusteranensis, et Benedicti Ranery medicinæ doctorum, constitutus personaliter prefatus Johannes conversus, qui ejus medio juramento ut supra interrogatus fuit per reverendissimum dominum episcopum et principem seu ejus vicarium prefatos, de veritate dicenda per medium interpretum reverendi domini Johannis Ballistarii prepositi Bernensis, venerandi fratris Nycodi Synoteti, helymosinarii Lustriaci, nobilis Petrimandi Asperlin, ac supradicti eggregii Johannis Frisczing ambasiatoris, in li(n)gua germana expertorum ut infra:

102. Et primo, an omnia, que jam dixit et confessus est a principio usque in finem per ordinem, ut describuntur in processu suo, sint vera? — dixit et respondit quod, antequam ulterius proced(er)etur, rogabat et supplicabat reverendissimum dominum Lausannensem dominum et principem, presentem, quod vellet exire facere de presencia sua et consilio omnes, qui non fuerant in principio sui examinis et processus, ac etiam alios scientes linguam germanam [81]), demptis reverendo patre domino preposito Bernensi ac eggregio viro Johanne Frisczing predictis. Qui prefatus reverendissimus dominus noster omnes premissos exire fecit. Post quorum quidem recessum prefatus Johannes Yetzer conversus sup-

[81]) Wie listig! Ein gutes Gewissen hätte dessen nicht bedurft. Vgl. bei Anshelm die Visitation durch den Bischof.

plicacionem fecit reverendissimo domino prefato, quatenus vellet ipsum in protectionem suam recipere, ac habitum religionis sancti Dominici ab eo amovere et licenciam dare, ut aliam religionem strictiorem intrare possit, submittens se correctioni et punitioni ipsius reverendissimi domini nostri Lausannensis episcopi et principis in eo et in hiis, in quibus errasse et deliquisse compararetur, quia intendit aliqua dicere, que concernunt ordinem fratrum predicatorum. Que si sciverint, in habitu eorum non esset securus, ymmo ipsum perderent aut ad perpetuos carceres deducerent, et multa mala pateretur. Cui prefatus reverendissimus dominus noster episcopus et princeps per organum prefatorum dominorum prepositi et Johannem Frisczing, interpretum pro parte ipsius reverendissimi domini interrogantium et pro parte ipsius fratris responderet[82]), dixit et respondit, quod quantum ad habitum fratrum predicatorum illum pro libito et sine difficultate pro se ipsum deponere poterat et relinquere, ex quo nondum professus erat, tacite vel expresse. Quod autem ad recipiendum ipsum sub protectione sua, respondit quod ipsum in suo bono jure defenderet et protegeret, dumodo veritatem dicat et non menciatur. Quibus quidem sic peractis, prefatus Johannes sic exordiendo dixit verum esse, quod beata Maria, dum sibi apparuit, prout supra confessus est, sibi dixit quod ipsa erat infallanter sine peccato originali concepta; et hoc pro vero teneret, et diceret religiosis et aliis[83]). Que verba ipsis religiosis conversus dixit et retulit. Quod prefati religiosi indignanter audierunt, et vera non esse sibi dixerunt, dicendo quod beatus Bernhardus, beatus Thomas de Aquino, beatus Bonaventura tenebant totum contrarium; et super hoc

---

[82]) Sic! statt respondentium.

[83]) Siehe Anm. 49. Diese Darstellung ist unzweifelhaft die glaubwürdigste, wenigstens in Bezug auf Jetzers Auffassung der Lehre von der unbefleckten Empfängniß.

aliquos libros sibi ostenderunt, ac etiam bullam unam blombatam; quos tamen nec legere nec intelligere sciebat nec scit, quia litteras ignorat. Sed dicti religiosi hoc sibi intelligere dederunt, dicentes quod tota religio sancti Dominici est ad hoc et tenet firmiter, beatam Mariam conceptam esse in peccato originali, et in hac fide mori volunt; prohibendo sibi sub maximis penis, ne dictam revellacionem beate Marie sibi factam modo premisso, scilicet quod sine peccato originali concepta fuisset, alicui diceret, revellaret vel propallaret, et ad hoc vinculo maximi juramenti et penis excommunicacionis interdixerunt et prohibuerunt; et casu quo vellet aliquid de dicta Maria conceptionis[84]) dicere, quod contrarium dicere deberet, videlicet quod beata Maria sibi dixerit, quod erat in peccato originali concepta, ymmo pocius tormenta quecumque substineret quam contrarium diceret.

Interrogatus, quis sibi hoc prohibuerit, ne veritatem diceret et propallaret, dixit quod frater Johannes prior conventus, et doctor[85]) hoc sibi prohibuerunt modo premisso, ac magister Stephanus.

Interrogatus, si alii religiosi hoc sibi prohibuerunt, dixit quod non.

103. Item dixit, quod istam revellacionem sibi factam per beatam Mariam, videlicet quod erat sine peccato originali concepta, summo pontifici infra festum corporis Christi tunc futurum revellarent, quod tamen non fecerunt; ideo beata Maria de nemore que lacrimata est, ut supra confessus est, propter istam causam lacrimata est, videlicet pro eo quod Romano pontifici revellacionem non fecerunt, et contrariam revellacionem popularibus publicarunt[86]), dicendo quod erat in peccato originali concepta; quod ipsa egre ferebat.

---

[84]) Sic! statt Marie conceptione.

[85]) Wohl der Prior von Basel; denn außer dem nachher genannten Stephan (Boltzhurst, Lesmeister) war kein Doctor im Berner Kloster.

[86]) Siehe Anm. 83. Vgl. aber dazu Anshelm III, S. 434—442

104. Item dixit quod, dum beata Maria cum ipso oraret dicendo pater-noster, quod in illo passu, in quo dicitur «debita nostra», beata Maria dicebat: «dimitte illis debita sua» vel «debita eorum», denotando, quod ipsa erat sine peccato concepta; quia si dixisset «debita nostra», confessa fuisset se in peccato originali conceptam fuisse.

105. Item dixit, quod per tres annos ante ingressum religionis sue, dum esset in navicula supra Rhenum, juxta oppidum sive villagium Chobentz[87]), diocesis Constanciensis, et esset navicula repleta nemoribus, cecidit in aquam Reni, et se in periculo videns, beate Marie se recommendatum fecit summa cum devocione; unde credit firmiter se auxilio beate Marie[88]) a submersione et morte liberatum fuisse. Tunc sibi apparuit et dixit, quod esset bonus filius, quia adhuc annunctiaret conceptionem suam, videlicet quod sine peccato originali concepta fuerit; dicens beatam Mariam sibi dixisse, quod dum beata Anna, mater dominæ nostræ Ex . . .[89]) beatum Joachim deabstulata esset, quod non statim concepit, sed per[90]) horas post, et in illis tribus horis purgata fuit beata Anna, ut non conciperet in peccato originali.

Interrogatus, in quo habitu erat virgo Maria, quando sibi apparuit super Rhenum, dixit quod in habitu albo, ut supra in aliis apparicionibus.

106. Item dixit beatam Mariam sibi dixisse, quod Alexander de Ales[91]), summus doctor, a quadam gravissima infirmitate liberatus fuit pro eo, quod credidit

---

(nach dem Protokoll des päpstlichen Gerichts). Nur eine von beiden Aussagen Jetzers kann wahr sein, die hier niedergelegte ist glaublicher.

[87]) Koblenz, bei der Mündung der Aar in den Rhein.

[88]) Später soll es die h. Barbara gewesen sein; vgl. Anshelm III, S. 390.

[89]) Unleserlich.

[90]) Hier fehlt das Wort tres.

[91]) Woher kennt der laicus idiota den Alexander de Ales?

beatam Mariam sine peccato originali conceptam fuisse, et quod hoc summo pontifici diceret.

Item die vicesima secunda mensis Novembris, anno et loco quibus supra, in presencia prelibati reverendissimi domini nostri Lausannensis episcopi et principis, ejusque vicarii prefati, ac venerandorum virorum dominorum Francisci de Fabrica cantoris, Guidonis de Prez, Michaelis de sancto Ciriaco, jurisperitorum, necnon fratris Stephani Coste, prioris conventus beate Katherines in Joreto, ac spectabilis domini Nycodi de Cojanay, ballivi Lausannensis, Georgii Levet, ejus locum tenentis, interpetrantibus prefatis reverendo domino Johanne Ballistarii preposito, Johanne Frisczing ex consulibus, et ambasiatores magnificorum dominorum Bernensium, fratre Nycody Synoteti, elemosinario Lustriaci, ac nobili Petrimando Asperlin, interrogantibus et referentibus, constitutus fuit personaliter et interrogatus dictus conversus ut infra:

107. Et primo dixit et confessus est, quod quindecim diebus, antequam adduceretur ad hanc civitatem Lausannensem, quadam die Veneris, hora nona de nocte, ipse Johannes conversus erat in ecclesia conventus dictorum fratrum predicatorum in Berno, supra lezstube [92]), videlicet ubi cantatur ewangelium et epistola, et nemo sciebat ipsum esse in illo loco; venerunt prior et supprior, doctor et procurator ad ecclesiam, et intraverunt cappellam beate Marie. Antequam intrarent, procurator conventus visitavit ecclesiam et etiam locum stube cum candela, ad videndum si aliquis esset; et nemine reperto, nescientibus etiam, ipsum Johannem conversum esse supra dictum [93]) stube, in quo ille in angulo latebat, intraverunt cappellam; dicens tamen idem Johannes, quod antequam esset nox ymo per totam diem, saltem quatuor

[92]) Undeutlich, kann auch leizstube heißen. Gemeint ist wahrscheinlich der Sängerchor.

[93]) Ergänze locum.

horis, quatuor fratres suprascripti in camera prioris secreti steterunt inclusi; deinde venerunt hora qua supra ad ipsam cappellam. Ibi juramentum solemne supra altare prestiterunt, videlicet primo prior, supprior et procurator ad dictamen doctoris et in manibus ipsius; et deinde ipse doctor in manibus prioris simile prestitit juramentum, videlicet de non revellando alliqua, que per ipsos dicenda et tractanda essent. Et hiis peractis juramentis, loqui ceperunt inter se de dicto Johanne converso, et de gestis et de revellatis per eum, et de apparicionibus sibi factis, de quibus in processu. Et doctore primo conquerente et dolente, et successive ceteri tres dicebant, quod vellent hanc materiam nunquam ipsis accidisse, quia forte generari posset scandalum, et mallent perdidisse ornamenta ecclesie quam quod predicta accidissent[94]); quia aliqui dicere poterunt et dicent, predicta per nos propter avariciam et lucrum[95]) inventa fuisse; unde succedere poterit in ipsorum dedecus et dampnum.

108. Successive vero post ista ad invicem dicebant: « quid faciemus? nam et sy iste frater conversus perseveret in sua oppinione et revellatione, quam a beata Maria habuisse refert, videlicet beatam Mariam sibi dixisse, se conceptam fuisse sine peccato originali, erimus odio toti ordini nostro, qui contrariam partem defendit, et nos[96]) hec reperisse et finxisse propter aliquam malam causam, unde male nobis succedere poterit. Cogitandum igitur est, quomodo hunc fratrem in oppinione sua pervertere possumus, ut contraria dictis suis dicat, videlicet quod beata Maria sibi dixit et retulit, se esse

---

[94]) Bis hieher ist dieser Bericht glaublich, von der Voraussetzung aus, daß Jetzer der Lehre der Franziskaner anhing.

[95]) Dieß kann sich doch wohl nur auf das Passionsspiel und die Vertheilung von blut(?)befleckten Verbandtüchern beziehen und steht wenigstens in keinem direkten Zusammenhang mit dem streitigen Dogma.

[96]) Hier fehlt offenbar ein Wort, vielleicht dicemur.

conceptam in peccato originali. Nam si fratres minores sciant, hanc revellationem factam dicto converso, venient cum cruce[97]) et auferent ipsum a nobis, et in maximum honorem et gloriam ipsorum, vituperium vero maximum nostrum ascribent. De eo cogitandum est, quomodo ipsum retrahere possumus, quod tamen difficile erit, quia semper in oppinione sua perseverant[98]). Tamen mortem subire nos potius opportet quam oppinionem suam confiteri». Et doctor dixit: «nescio quid faciemus; quia nimis in oppinione sua firmus est.» Tunc prior dixit: «non curetis; nam si non velit desistere et mutare propositum, adhibebo opportunum remedium; quia sibi poculum ministrabo, quo sumpto infra tres dies vitam cum morte mutabit»[99]).

109. «Item aliud remedium se offerre potest; videlicet si dicamus nos quatuor cum juramento, et scribamus et mittamus Romano pontifici, quia[100]) que dixit, quia nobis pocius quam sibi credetur. Et omnia dicta sua igni trademus comburanda; et per hunc modum salvabitur honor noster. Tamen ad mittendum Romano pontifici necessarie erunt nobis pecunie.» Tunc prior dixit: «ego reperiam hominem in Bernam[101]), qui nobis quatercentum florenos Allemagnie sub censu de quinque pro centum concedet. Et ulterius ego adhuc reperiam penes me centum et quinquaginta florenos Allemaignie, quos pariter expendam.» Supprior vero addendo pre-

---

[97]) Wozu mit einem Kreuz?

[98]) Sic! statt perseverat. Hier spricht sich Jetzer unumwunden für die Lehre der Franziskaner aus; es darf dabei nicht übersehen werden, daß seine Angaben sich immer mehr zu einer Anklage gegen seine Obern zuspitzen, was später noch deutlicher hervortritt. Diese kaum zu bestreitende Absichtlichkeit macht alle seine Aussagen verdächtig, abgesehen von den Widersprüchen, in denen er sich bewegt.

[99]) Die erste Aussage bezüglich eines Attentats auf sein Leben; doch beschränkt es sich noch auf einen bloßen Vorschlag.

[100]) Dieses Wort ist überflüssig.

[101]) Sic!

missis dixit: «aliud etiam nobis restat remedium; si capiamus clenodia et mobilia pretiosa, que in cappella beate Marie pendent?» [102]) Quod ab om(n)ibus laudatum fuit. Et statim supprior ascendit altare, et dicta clenodia sint [103]) preciosa jocalia, pendentia ante ymaginem nemoream beate Marie virginis, cepit et abstraxit. Postquam autem illa cepit, ad invicem dixerunt: «si murmur et clamor super hoc superveniat, dicemus per fures substracta fuisse.»

110. Insistendo nichilominus super privaricatione et subversione dicti conversi, ut mutaret dicta sua, iterum consulando dicebant: «ecce, si iste pertinaciter perseverat in oppinione sua, et propositum mutare noluerit, perdendus erit. Nam ipsum in sacrificium — quod in vocabulo religionis carcer in conventu constitutum — ipsum reducemus, et in eodem ipsum suffocabimus, et se ipsum suffocasse publicabimus; vel alter casu quo perseveret, ipsum mori faciemus, et cum dictis preciosis jocalibus augfugisse et ea furatum esse dicemus» [104]).

111. In sequendo vero consul(t)ationem predictam supprior dixit: «unum michi propicium occurrit remedium: nam ego indutus clamide alba cum corona in capite et candelis accensis, velato capite, ipsi obviam apparebo, et me beatam Mariam fore dicam [105]). Qui statim credet; unde contraria prioribus dictis suis dicam et revellari precipiam. Et michi credet, et ceteri religiosi conventus, qui hanc visionem videbunt, credent et hoc

---

[102]) Erste Erwähnung des Kirchendiebstahls.

[103]) Sic! statt sive.

[104]) Zweiter vorgeblicher Mordanschlag; nicht undenkbar, wenn Jetzer wirklich der Lehre der Franziskaner so hartnäckig anhing, wie oben erzählt ist. Vgl. jedoch das in Anm. 98 Gesagte.

[105]) Merkwürdig, daß Jetzer noch hier nur die Erscheinung der gekrönten Maria für einen Betrug ausgiebt, dagegen oben bei der Verwandlung der Hostie fest an das Wunder zu glauben scheint und von der Entlarvung der Betrüger noch nichts zu sagen weiß.

pro vero publicabunt.» Et hec oppinio bene propicia et opportuna per alios approbata fuit.

112. Item dixit, quod die dominica tunc immediate subsequuta, dum vellet dictus supprior suam apparicionem et demonstracionem in forma beate Marie facere, ut supra inter eos conclusum extiterat, prefati religiosi, ut materia hec majoris credencie et firmioris oppinionis videretur, duos canonicos ecclesie collegiate sancte Vincencii, videlicet magistrum Volluffvel[106]) et Johannem Duby, ut in matutinis cum eis interessent, vocarunt.

113. Existentibus autem omnibus religiosis in choro pro matutinis celebrandis, una cum dictis canonicis, et ipso Johanne converso supra locum jube[107]) existente, prout de suo more stare consueverat, durantibus matutinis, dictus supprior vel alius ad dictum locum de jube, indutus veste alba capite velato, supposita corona in capite, quinque tenent[108]) candelas, vel unam habentem quinque brachia illuminata, et apprehensa accessit, et signum crucis versus chorum cum dictis candelis aliquibus vicibus fecit. — Quod videntes religiosi, cum dictis duobus canonicis, in maximum stuporem, terrorem et admiracionem deducti fuerunt, scilicet religiosi juvenes, novicii et alii, qui dictam fictionem sive falsitatem nesciebant, ymo ad lacrimas permoti fuerunt, credentes, hanc beate Marie virginis apparicionem veram esse. Quod videns, dictus conversus, qui erat supra locum jube, obviam ipsi representacioni false beate Marie se prebuit et dixit cum ira: «Ista est magna et horribilis domina nostra; nam non es tu virgo Maria!» Et hiis dictis, dicta representacio ficta beate Marie candelas extinxit; addens quod, dum dictus frater representans beatam Mariam fecit signum crucis cum candelis ut supra, convertit se ad dictum conversum et sibi reverenciam ex-

---

[106]) Sic! von späterer Hand durchgestrichen und durch Wölffli ersetzt.

[107]) Der Lettner.

[108]) Sic! wahrscheinlich statt tenens.

hibuit. Sed ipse dixit: «non es tu beata Maria. Et hoc bene agnosco.»

114. Item dixit, quod cum prior et ceteri sui complices sciverunt, dictum conversum cognovisse eorum fictionem et fictam apparicionem beate Marie, timentes ne hoc divulgaretur, in crastinum omnes religiosos, dempto dicto converso, capitularunt (et) in unum congregarunt. Et eis in virtute juramenti, quod omnes tunc prestiterunt, interdixit[109]) et inhibuit, ut hujusmodi apparicionem, quam nocte precedente in matutinis[110]), alicui revellarent; dicens quod religiosi, non conscii de hujusmodi falsitate, beatam Mariam vidisse credebant, pariter et dicti duo canonici;

115. Dicens insuper, quod infra quatriduum beata Maria sibi apparuit in ea forma, in qua sibi apparere solebat, ut supra late confessus est, sibique dixit: «isti religiosi te decipere voluerunt, et male fecerunt; sed ipsi decepti erunt, quia a conventu expellentur. Tu autem ad senatum et consulatum vocatus eris»[111]). Et in crastinum ad senatum magnificorum dominorum Bernensium vocatus fuit; sed non fuit ad conventum reversus, sed huc[112]) missus: dicens hec religiosis, antequam iret ad senatum, dixisse, quia beata Maria sibi ita dixerat.

116. Interrogatus quomodo sciverit, dictos religiosos in crastinum ut supra prestitisse juramentum de non revellando dictam apparicionem fictam, respondit quod ceteri religiosi hoc sibi retulerunt.

117. Primus tamen qui hoc sibi revellavit, fuit frater Johannes sartor, qui etiam sibi dixit: «prior, supprior, doctor et multi alii exiverunt urbem Bernensem ad convivia, ad festivandum et comedendum carnes;

---

109) Hier ist wohl zu ergänzen prior.

110) Zu ergänzen viderant.

111) Offenbare Prophezeiung ex eventu.

112) D. h. nach Lausanne.

de quo multum [113]) miror, propter visionem quam nuper viderunt, ex qua ad devocionem et oraciones commoveri debuissent, et non ad festivandum.»

118. Interrogatus, si postquam dicti quatuor religiosi sciverunt, dictam falsam apparicionem ipsi novicio constare et cognitam fuisse, an aliquod malum sibi ex hoc fecerunt, respondit quod infinitas minas sibi intulerunt, de ponendo ipsum in panis [114]) et aqua, si aliquid revellaret.

Et hec dixit et confessus est die, anno, loco, in presencia et interprestantibus quibus supra.

*Materia super qua examinati fuerunt venerabiles viri domini Johannes Duby plebanus et custos, ac Heinricus Luppulus [115]), artium magistri, canonici Bernenses.*

Item primo ponit et articulat procurator fiscalis et fidei predictus, quod inter festum annuntiacionis beate Marie virginis et festum sancti Johannis Baptiste, quadam die, duo domini canonici predicti per fratres predicatores Bernenses vocati fuerunt, ut interforrent cum ipsis fratribus in matutinis.

Item et quod ad postulacionem ipsorum fratrum vel alias ipsi canonici in matutinis cum fratribus predictis interfuerunt.

Item et quod hoc tempore fuit, quo Johannes conversus dicebat visionem beate Marie vidisse et stigmata recepisse.

Item quod dictis canonicis existentibus in choro et in matutinis cum dictis fratribus, apparuit supra locum

[113]) Hier stehen im Original noch die Worte murmur et, sind jedoch durchgestrichen.

[114]) Sic! statt pane.

[115]) Der bekannte Lehrer Zwingli's, ein Mann von schwachem Verstand und Charakter.

jube, id est in loco, in quo epistole et evangelia cantantur supra chorum, quedam persona ad instar hominis vel mulieris, etiam longitudine humane persone, induta vestibus albis;

Item et habens coronam in capite lucentem,

Item et quinque candelas accensas in manibus, sive unam habentem brachias accensas quinque.

Item et quod cum dictis candelis accensis versus chorum et religiosos cantantes sive existentes in dicto choro aliqua signa crucis fecit.

Item et quod de dicta apparicione fuerunt religiosi et dicti canonici mirabiliter stupefacti et admirati, in tantum quod juvenes novicii ad lacrimas commoti fuerunt.

Item et quod dicta nocte et in ipsamet hora dictus Johannes Yetzer conversus, qui stigmata habere dicebatur, supra dictum[116]) jube erat, et dictam personam, sic indutam ut supra, vidit et cum ea loquutus est.

Item et quod occulata fide cognovit, tam ex persona quam ex loquela, quod erat persona humana et non spiritualis.

Item et quod, cum dicta persona sic inducta[117]) vidit et intellexit, dictum fratrem Johannem conversum cognovisse, ipsam esse personam humanam hominis, sic indute et dissimulate, prout loquendo cum ea persona intelligere dedit, dictas candelas accensas, quas in manibus habebat, extinxit et a dicto[118]) jube recessit.

Item et quod hec simulacio per aliquos religiosos dicti conventus facta fuit ad decipiendum dictum Johannem conversum ad hoc ut ipsum ad dicendum ejus quod dixerat inducerent, prout per minas et preces et omnibus modis quibus potuerunt, ipsum vertere voluerunt, vide-

---

[116]) Ergänze locum.

[117]) Sic! statt induta.

[118]) Ergänze loco.

licet ad dicendum, quod beata Maria virgo concepta fuisset in peccato originali [119]).

Item die sexta mensis Decembris, anno quo supra, in urbe Bernensi, videlicet in domo habitacionis reverendissimi domini nostri Lausanensis episcopi et principis prefati, in camera penes stupham existente, personaliter constitutus venerabilis vir dominus Johannes Duby, artium magister, canonicus et plebanus Bernensis, coram eodem reverendissimo domino nostro, ac per eundem interrogatus et examinatus particulariter super singulo dictorum articulorum. Qui vigore juramenti, ad sancti Dei ewangelia per eum in manibus ipsius reverendissimi episcopi prefati corporaliter tacta prestiti, dixit, respondit, deposuit, ut in capite cujuslibet ipsorum articulorum per verbum fatetur vel negat aut ignorat, describitur.

Item ultra premissa, per eum deposita et responsa, ut in capite dictorum articulorum, dixit et deposuit prioribus depositis inherendo dictus dominus Johannes Duby loquens, quod a domino Heinrico Luppullo canonico Bernensi incitatus et ammonitus, ut iret cum eo ad conventum fratrum predicatorum Berni; quibus quadam dominica, ut sibi videtur post nativitatem beate Marie, in dicta ecclesia, videlicet in matutinis existentibus, et cum matutine heedem finite fuissent, cum decantabatur antiphona «Ave regina celorum» [120]), — in illo verbo lux est orta; tunc apparuit visio ad modum mulieris, induta vestibus albis; sed non vidit oculos, quia tegebatur ejus velo usque ad modum nasi sui. Nec fecit

[119]) Also auch Düby und Wölfli bezeugen, daß Jetzer der franziskanischen Lehre von der unbefleckten Empfängniß anhing und zur dominikanischen bekehrt werden sollte. Diese Thatsache ist von entscheidender Wichtigkeit.

[120]) Wir werden später sehen, daß Jetzer beim Passionsspiel auf dem Fronaltar an der nämlichen Stelle der Liturgie aus der Starre erwachte. Ein bloßer Zufall ist kaum anzunehmen, so daß aus diesem Indicium auf die Urheberschaft der Mönche geschlossen werden darf.

moram nisi dumtaxat per spacium in quo elevari posset sacramentum eucharistie; postea evanuit; — dicens quod sibi videtur nunquam vidisse mulierem adeo formosam, sicut erat illa visio.

Item dixit et deposuit, quod hiis factis, converso predicto existente ante magnum altare absque lumine, nesciente etiam quod idem dominus deponens esset in cancello, accepit idem conversus disciplinam percuciendo se cum quadam cathena et pugnis; ignorat tamen quod ictus sibi ipsi intulerit. Et orabat devote pro persecutoribus. Et hec vidit et audivit idem deponens una cum magistro Hainrico Luppullo et quodam alio religioso, qui erant cum ipso loquente.

Et hec promissa [121]) idem dominus Johannes Duby canonicus et plebanus dixit et deposuit anno, die et mense et loco premissis; presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Johanne Murer decano Bernensi, et Bernardo de Bellagarda, curato de Maytet, Gebennensis diocesis, prespiterorum, testibus ad hec astantibus vocatis et rogatis.

*Deposicio venerabilis domini Hainrici Luppulli, canonici Bernensis.*

Item die eadem et loco predicto, ac in presencia venerabilium virorum dominorum Bernardi de Bellagarda predicti et Philiberti de Prato-Romano, personaliter constitutus venerabilis vir dominus Hainricus Luppullus, artium magister, canonicus Bernensis, coram reverendissimo domino nostro Lausanensi episcopo et principe pre(dic)to, ac per eundem interrogatus et examinatus de dicenda veritate, ejus medio juramento super sanctis Dei ewangeliis corporaliter prestitis, super dictis articulis dixit et respondit et deposuit ut sequitur:

---

[121]) Sic! ſtatt premissa.

Et primo super primo dictorum articulorum articulo, incipiente «Nam primo ponit et articulat», fatetur illum esse verum; non tamen illo tempore, verum pridie exaltacionis sancte crucis.

Item super secundo incipiente «Item et quod ad postulacionem» etc., fatetur illum esse verum.

Super tercio incipiente «Item et quod hoc fuit tempore» etc. fatetur ut supra.

Super quarto incipiente «Item quod dictis canonicis existentibus in choro» etc., fatetur esse verum; addens quod prior[122]) supprior inter se dicebant, quod visio illa non assimilabatur visioni, que solebat apparere in camera dicti conversi.

Super quinto incipiente «Item et habens coronam» etc. fatetur, sed non illam coronam lucere.

Item septimo[123]) incipiente «Item et quinque candelas accensas» etc. fatetur, addens quod erant posite ille candele una super aliam ad modum crucis.

Super sexto[124]) incipiente «Item et cum dictis candelis» etc. fatetur, cantantibus religiosis «Ave regina celorum» circa medium vel finem illius antiphone.

Super octavo incipiente «et quod de dicta apparicione fuerunt religiosi» etc. fatetur; addens quod non solum novicios duxit in admiracionem visio illa, verum etiam illum qui faciebat officium, quia vix cantare poterat. Ipse autem deponens non potuit a lacrimis abstinere; tamen non bene scit, si juvenes fuerunt permoti ad lacrimas, quia non potuerat videre eos.

Super nono incipiente «Item quod dicta nocte et ipsamet hora» etc. ignorat; tamen audivit duas voces humanas colloquentes.

Super decimo incipiente «Item et quod occulta[125]) fide» etc. dixit quod ignorat.

---

[122]) Ergänze et.

[123]) Sic! von anderer Hand gestrichen und durch sexto ersetzt.

[124]) Sic! von anderer Hand septimo.

[125]) Sic! statt oculata.

Super undecimo incipiente «Item et quod, dum dicta persona» etc., dixit quod non vidit extinguere candelas; tamen vidit portare lumen versus cappellam beate Marie virginis.

Super duodecimo et ultimo incipiente «Item et quod hec simulacio» etc. dixit quod ignorat; addens dictus deponens, quod post matutinas conversus predictus accessit ad chorum ante ymaginem [126]) altare existentem, in choro secrete latitans eodem deponens et [127]) venerabili domino Johanne Duby plebano, et quodam alio religioso, qui noviter ex universitate venerat. Et ibidem frater sive conversus ipse orans se verberibus, nedum cum virgis, verum etiam cum quadam cathena ferrea, quam idem deponens sibi dederat, affligebat et disciplinabat.

Et hec premissa dixit, deposuit et respondit idem dominus Hainricus Luppulus deponens die, mense, loco et presentibus quibus supra.

*Deposicio Johannis Koch de Bernno.*

Item ulterius die duodecima mensis Decembris, anno prescripto, in urbe Bernensi, videlicet in domo habitacionis reverendissimi domini Lausanensis episcopi et principis, et coram eodem personaliter constitutus fuit honestus vir Johannes Koch ex urbe Bernensi. Qui per eundem reverendissimum dominum nostrum, ejus medio juramento per medium spectabilis et egregii viri Nicolai Scaller, secretarii et ex consulibus Bernensibus, interpretantis interrogatus [128]) et referentis ac in presencia spectabilis domini Johannis de Staviaco, gubernatoris Vaudi, et Walnery Schedeler, ut sequitur.

Primo interrogatus, si cognoscat Johannem Yetzer conversum conventus fratrum predicatorum Bernensis,

[126]) Ergänze super.

[127]) Richtiger cum.

[128]) Sic! soll wohl heißen interrogantis oder interrogationes.

ordinis sancti Dominici, respondit quod sic, et quod sepe vidit eum in monasterio predicto sancti Dominici.

Item dixit et deposuit interrogatus super hoc, quod ante tempus vindemiarum proxime lapsum, ipso deponente existente in quadam stupha dicti conventus cum ceteris operatoribus, supervenit quidam alius novicius nomine Herswaldus ad prefatum deponentem, dicens ei: «venite foras, quia dominus prior vult vobis aliqua colloqui». Qui deponens exivit stupham, prioreque predicto non reperto, sed dumtaxat ipso Johanne Yetzer converso, nunc detento in Lausanna. Qui eidem deponenti dixit: «oportet quod faciatis michi unum servicium»; qui deponens dixit: «ego faciam libenti animo». «Habeo, inquit, nonnulla clenodia de argento, que mater mea michi dedit; que si ceteri religiosi hujus conventus, in quo sum permansurus, videant et comperiant, ipsa ea voluerint habere. Unde cupio quod vos ipsa tradatis alicui aurifabro, ut ex eisdem clenodiis facient quatuor annulos, qui postea remanebunt fratribus meis, qui me infra quatuor vel quinque dies visitaturi sunt. Nam dicta clenodia ex bonis paternis processerunt; ideo ad domum volo ea reverti.» Dictus vero deponens fieri fecit dictos quatuor annullos deauratos, quos postea eidem converso reddidit. Et etiam dictus conversus tradidit sibi unum pomum argenteum ad deaurandum, quod etiam fecit. Et hiis peractis, idem deponens accepit ad manus suas et postea converso reddidit.

Interogatus, si aurifaber sciebat hec esse et pertinere dicto converso, dixit quod non, quia sibi defenderat idem conversus, quod non manifestaret ea sibi pertinere [129]).

Et hec premissa idem deponens dixit et deposuit loco et in presencia quorum supra.

---

[129]) Diese Aussage bezieht sich offenbar auf den angeblichen Kirchendiebstahl, klärt jedoch die Sache nicht auf.

Item die vicesima prima mensis Decembris, anno quo supra, Lausanne in castro sancti Marii, in camera existente inter crotam dicti castri et magnam cameram, constitutus personaliter sepedictus Johannes Yetzer conversus in presencia reverendi et eximiorum ac nobilium virorum dominorum Baptiste de Aycardis, vicarii reverendissimi domini nostri episcopi et principis Lausannensis, Stephani Loys, Petri Grant, utriusque juris doctorum, ac honestum [130]) Ymerii Gaidet et Glaudi Belmont, salteriorum Bernensium, interrogatus fuit per eundem dominum vicarium, per medium tamen fratris Nycodi Sinoteti, elemosinarii prioratus Lusterat et nobilis Petrimandi Asperlin, interpretantium et referentium, una cum etiam dictis salteriis. Qui conversus dixit et confessus fuit ut infra:

119. Primo interrogatus, si cognoscat Johannem Koch sartorem de Berno, dixit quod sic.

120. Item dixit, super hoc interrogatus, quod idem Johannes Koch sibi per aurifabrum fieri fecit quatuor annulos deauratos, de argento rupto; et in tribus annulis eorundem fieri patrie arma de Zurtzach, in altero vero unum cor cum pluribus sagittis.

121. Interrogatus, quomodo vocatur aurifaber, qui fecit dictos annulos, respondit quod ille, qui fecit tres ex dictis annulis, vocatur Hanns Bach, et alter qui fecit alterum moratur in carreria nobilium Bernensium, tamen ejus nomen ignorat.

122. Interrogatus si fecit fieri aliquid aliud, dixit quod fecit deaurare unum pomum argenteum, quod doctor conventus sibi dederat.

123. Interrogatus quid fecit de dictis annulis et pomo, respondit quod doctor totum habuit.

124. Interrogatus, quis sibi dederit argentum ruptum predictum ad faciendum annulos predictos, respondit

---

[130]) Sic! ſtatt honestorum.

quod doctor sibi dederat, et quod erat argentum ex quibusdam betonis sive pater[131]), vulgariter dictis chappellet, sive de clenodiis, et quod venerant ex Strassburg; dicens quod dictum pomum argenteum emit a doctore predicto mediante una pecia auri seu deaurata valente quatuor Renenses; addens quod erant duo poma, sed non fuit deauratum nisi unum. Doctor tamen habuit omnia ut supra.

125. Interrogatus, quomodo habuerit dictam peciam, dixit quod emit precio tresdecim textonorum, attamen non valebat nisi duodecim. Quos quidem tresdecim textones habuerat ex lucro operando in arte sua.

126. Interrogatus, si satisfactum sit dicto aurifabro, dixit quod sic, quia retinuit de dicto argento pro mercede sua.

127. Interrogatus, si aurifaber habet plus quitquam ab eodem converso, dixit quod non, saltem quod sciat.

128. Interrogatus, quid facere volebat de dictis annulis et pomo, respondit quod volebat dare fratribus suis.

129. Item interrogatus[132]), fecit testamentum quando intravit religionem, dixit quod sic.

130. Interrogatus, si in gressu religionis conventus se astruerit[133]) esse de nobili[134]) et magnis, dixit quod non, sed intravit sicuti unum mancipium sartoris.

131. Interrogatus, si aliquid dederit conventui predicto, dixit quod non omnia que tunc gerebat, et id quod parentes ejus dare vellent.

132. Interrogatus, quo tempore facti fuerint dicti annuli et dictum pomum deauratum, dixit quod ante vindemias proxime lapsas.

133. Interrogatus, quo tempore jocalia, que erant in capella beate Marie virginis in ecclesia dicti con-

---

131) Ergänze noster.

132) Ergänze si.

133) Soll wohl heißen asseruerit.

134) Sic! statt nobilibus.

ventus, furata fuerint, respondit quod duabus vicibus furata fuere: prima vice, diu est; in secunda vero vice paulo antequam veniret ad hanc Lausannensem civitatem. Tamen annuli predicti facti sunt postquam jocalia predicta furata sunt, in ultima vice.

134. Interrogatus, si habuerit aliquam coronam de hiis, que solent apponi super capitibus sanctorum, dixit quod non. Nec ullam habebat in camera sua, nec etiam vidit; et si aliqua in eadem sorte reperta fuerint, ceteri religiosi eandem ibidem portaverunt.

135. Item finaliter dixit quod, propterea quod nolebat idem conversus mutare oppinionem suam de conceptione virginis Marie, videlicet quod esset sine peccato originali concepta, et immutare revellationem sibi factam per beatam Mariam super illa materia, ea de causa doctor dicti conventus sibi abstullit pomum argenteum et annulos predictos cum ceteris perlis sibi datis, ut diceret, quod beata Maria sibi revelaverit quod est in peccato originali concepta.

Hec supradicta dixit confessus et respondit in presencia quorum supra, die, anno, loco, in presentibus premissis

## Zweiter Abschnitt, Untersuchung durch den Rath in Bern.

*Tenor processus Johannis Jetzer, olim conversi conventus predicatorum Bernensis, ordinis sancti Dominici, in urbe Bernensi, post remissione(m) ejusdem magnificis dominis Bernensibus per reverendissimum dominum episcopum et principem Lausannensem factam. Et hoc ultra processum per eundem conversum in Lausanensi civitate coram eodem reverendissimo domino episcopo et principe et ejus vicario prius factum.*

Jamdictus Johannes Jetzer, post multas varias inconstancie relationes, videns penalem inquisitionem preterfugere non posse, presentibus nonnullis ex dominis minoris et majoris consilii Bernensis, dixit et confessus est ea que sequuntur.

Inprimis quot supprior nomine Ueltsche arte nigromancie instructus sit [135]), vigore cujus ipse malignum spiritum, quem terribili in forma igneas flammas ex ore emittentem in monasterio viderit, et qui ipsum multis molestiis affecerit, ea conjuracione et arte nigromancie sibi apparuisse.

Quoad sacramentum rubricatum, cum sibi sepius beata virgo cum duobus angelis adjunctis ut credebat apparuerit, quod una vice dominus doctor sub forma beate virginis, et cum prior et supprior in vestibus albis usque ad pedes indutis cameram ipsius Johannis Jetzer ingressi fuerint, et cum ipse frater se de lecto erexerit, certum sit ipsum vidisse eundem doctorem sub specie beate virginis, et ipsum habuisse in manibus unum corporale, et in eo duas hostias sub forma sacramenti, etiam quasdam rasuras panniculorum signo crucis signatas [136]). Ex quibus hostiis sibi una albi coloris et depost in continenti altera rubei aut sangwinei caloris [137]) demonstrata sit, affirmando ipsam sangwineam hostiam arte manuali coloratam et non miraculose rubricatam fore, conjecturando id ex eo, cum doctorem et alios duos sibi astantes personali presencia viderit.

De vulneribus, que in manibus et ceteris membris

---

[135]) Daß der Subprior Magie trieb, ist sehr wahrscheinlich, aber der von Jetzer hier vorgebrachte Beweis nicht stichhaltig, denn diese Erscheinung (Anshelm III, S. 379) konnte von jedem gewandten Menschen ausgeführt werden; und es ist kein Wunder, wenn Jetzer in seiner Angst mehr zu sehen glaubte, als er wirklich sah.

[136]) Sehr zu beachten, daß Jetzer hier die Erscheinungen mit den Siegeln und mit der rothen Hostie zusammenwirft, während er sie früher und später aus einander hält.

[137]) Sic! statt coloris.

habuerit, fatetur quod supprior Ueltschi sibi primum stigma pulvere quodam fusti coloris impresserit[138]), et cetera vulnera postea accepto potu, ut subsequitur, ei advenerint; et quocienscumque stigmata ipsa sanari inceperunt, quod supprior eadem quadam aqua renovaverit; que aqua etiam sibi talem dolorem attulerit, ut sepius manum tanquam perforatum prospexerit[139]).

Cum etiam prostratus jacuerit signa passionis Cristi representando, contigit quod ante ludum ipsum quatuor denominati religiosi sibi potum quendam ad bibendum dederunt. Unde etiam racionem et omnem intelligenciam ammittendo prostratus ad modum crucifixi jacere, ventrem sursum et deorsum movere coactus sit[140]). Et quod majus est, credit suppriorem habere libellum artis

---

[138]) Also hätte Jetzer gar keine Wunden empfangen, indem ihm die Wundmale nur aufgeätzt wurden! So erklärt sich freilich das spurlose Verschwinden derselben. Siehe Anm. 39. Nur betreffs des ersten Wundmals macht uns der Umstand stutzig, daß Blutstropfen auf der Bettdecke zur Entdeckung geführt haben sollen (Anshelm III, S. 396), was bei wirklichem, wenn auch noch so geringfügigem Blutvergießen sehr fein berechnet gewesen wäre, aber beim Aetzen mit Farbe einen Grad von Raffinirtheit voraussetzt, der mir unwahrscheinlich ist. Die Erzählung von den Blutflecken ist durchaus glaublich.

[139]) Bei dieser angeblichen Durchsichtigkeit der Hände ist wohl mindestens einige Selbsttäuschung im Spiel; ein geschickter Maler konnte leicht diese Wirkung zu Wege bringen, und dem geriebenen Simmenthaler Ueltschi ist eine solche Fertigkeit gar wohl zuzutrauen.

[140]) Danach wären das Passionsspiel und die todtenähnliche Starre aus einander zu halten, letztere nicht immer auf ersteres gefolgt. Nun war das Passionsspiel nach Murner's Bericht häufig so läppisch, daß man sich des Lachens kaum erwehren konnte; wir stehen folglich vor dem Dilemma, daß Jetzer entweder ein sehr ungeschickter Schüler seiner Obern war oder die Passion aus eigener Erfindung spielte. Für letztere Annahme spricht der Umstand, daß die Mönche, wenn Urhebers des Spiels, wohl für eine vollendetere Darstellung gesorgt haben würden, und es würde ihnen demnach nur die darauf folgende Betäubung zur Last fallen. Nach Anshelm's Beschreibung als Augenzeuge (III, S. 422) kann diese unmöglich Jetzers Werk gewesen sein. Wie bereits in der Einleitung angedeutet, vermuthen wir darin Hypnotisirung.

nigromancie, mediante quo malignum spiritum conjuraverit membra, manus, et pedes ipsius intrare, ita ut nemo tante fuerit fortitudinis, qui manus vel pedes invicem ad modum crucifixi conjunctos disjungere potuisset. Cum etiam ludus et representacio hujusmodi passionis finem haberet et homines ad veluti [141]) a loco recessissent, evenit ut sibi potum dulcem ad bibendum porrexerunt. Qui potus etiam, non obstante accerbitate prioris potus, sibi omnem dolorem amoverit, dempto dolore stigmatum, qui propter pulverem impositam minime cessaverit.

Reperto etiam ipso Johanne Jetzer super altari cappelle beate Marie virginis, confitetur ad hoc fore coactus, et calciamenta sua ad deceptionem et credulitatem hominum in loco portalis et in choro reperta [142]); et in quantum ipse aliis vicibus proposuerit, ymaginem beate Marie virginis ligneam eandem in cappella fletum sanguineum emisisse, confitetur se a quatuor religiosis ad hoc fore instructum. Quoniam enim ymaginem ipsam aliis vicibus perspexerit, videbatur sibi eandem eo tunc fore alteratam. Preterea, prenomi(n)atis quatuor religiosis convocantibus nonnullos ex dominis Bernensibus, fuerit ipse ab eisdem in cappella beate virginis inclusus, et per conjuracionem diabolicam adeo inductus et coarctatus, ut a loco discedere non potuerit, donec sacramentum eucharistie sibi ad sumendum porrigeretur.

Et cum hiis omnibus per aliquos dies adimpletis ob debilitatem corporis potum amarissimum bibere et stigmatum renovatione(s) tollerare non posset, contigit ut depost stigmata ipsa evanuerint, et sepefacti quatuor religiosi minati fuerint, ut si res premencionatas cuiquam revelaret, quod ob id igne foret cremandus, deinde indignacione contra eum procedente.

---

[141]) Sic! Soll wohl heißen advocati.

[142]) Ueber den Verlust der Schuhe und des Verbandzeugs gibt die Aussage eines Zeugen (am Schlusse des dritten Abschnittes) bemerkenswerthe Auskunft.

Accidisse insuper refert, quod certo tempore prior et supprior sibi escam preparaverint; quam cum sumere vellet et in fundo aliquid viridi coloris reperisset, evenit ut cibum ipsum gustare recusaverit, eundem nonnullis luppullis, numero quinque, eo tunc in monasterio existentibus obyciendo; qui etiam de cibo ipso commedentes subite perierunt [143]).

Videntibus preterea religiosis quatuor, quod potum amplius non sumere, et ceteris apparicionibus eorumque illusionibus fidem adhibere non vellet, contigit quod ipsi quatuor religiosi sese in cappella beate Marie virginis juramento abstrinxerint, in ipsorum proposito ut perseverare, et nullus se ab alio usque ad extremum mortis seperare vellet [144]).

Refert insuper, prenominatas deceptiones in odium fratrum minorum attemptatas, et precipue ob eam causam, quod ipsi affirmant beatam virginem in peccato originali non fore conceptam; presertim etiam quod nonnullus ex fratribus minoribus jamdictis in quodam ordinis predicatorum monasterio publice predicaverit in hanc formam loquendo: «Predicatores observant confraternitatem rosarie; et tamen non cessant ipsam beatam virginem sinistra manu denigrare, in sua facie tenentes eandem in peccato originali fuisse conceptam.» Et ut ipsam oppinionem confirmare posse(n)t, has prefatas illusiones quoad sacramenti immutationem et cetera attemptata decreverint.

Interrogatus, quare priores confessionum in oppido

---

[143]) Vgl. Anshelm III, S. 426 f. Die Thatsache steht außer Zweifel; da jedoch mit Jetzer auch der Novize Rudolf Roll, unstreitig ein naher Verwandter des schon damals angesehenen Anton Roll, mit vergiftet worden wäre, so ist eine verbrecherische Absicht kaum denkbar; so unvorsichtig waren die Mönche denn doch gewiß nicht.

[144]) Der Verfolg lehrt, daß sich die Mönche schon im ersten Verhör wenig an diese angebliche Verpflichtung hielten (vgl. die Einleitung), sie wird daher den Erdichtungen Jetzers beizuzählen sein.

Lausanensi factas renegaverit, respondit id ob honorem et defensionem ordinis obmisisse.

Quicquam etiam quoad receptionem pensionum, et quod altissimus contra civitatem Bernensem foret offensus, recitaverit, de hiis sit a quatuor religiosis instructus [145]).

Confitetur subinde idem Johannes Jetzer, quod supprior Ueltschi sciat sua arte magica malignum spiritum conjuracionibus suis coartare, ut ad alicujus membra et quocumque voluerit veniat, et quod illud sibi ipsi etiam fecerit. Pariformiter cum eidem Ueltschi placuerit, porrigat mulieri manu, in quam amorem suum dirigat, quod ex hoc in continenti eum diligere incipiat, sic quod talis mulier transeat quocumque ipse velit [146]). Sic etiam sciat conjuraciones demonum, quod malignus ei dicat quitquid petat et velit. Preterea dicit, quod supprior Ueltschi ei revelaverit se furtum quingentarum librarum preteritis annis perpetratum commisisse [147]).

Sepedictus Johannes Jetzer remanet etiam cum prioribus dictis quinquaginta trium florenorum et serice, et qualiter doctor et prior in sericis wambasiis et rubeis biretis, aliis duobus sibi adjunctis, cum formosis mulieribus et puellulis egerunt etc., sicut et prius in consulatu Bernensi recitavit [148]). Quod cum viderit ab eis, ipsos deterioris condicionis se putaverit.

---

[145]) Daß Jetzer die Drohungen gegen Bern wegen der Pensionen nicht selbst erfunden habe, ist allerdings sehr glaubwürdig, dagegen kaum zu begreifen, was die Dominikaner damit bezweckt haben sollten.

[146]) Wenn Etwas an dieser Verzauberung der Weiber wahr ist — wir lassen es in Ermangelung anderweitiger Zeugnisse dahingestellt sein — so beruht der Zauber auf Ueltschi's Gewandtheit im Umgang, vielleicht auch auf einem Scherz, den er sich Jetzern gegenüber erlaubte.

[147]) Ueltschi sollte sich selber bei Jetzer als Dieb denuncirt haben?! Sicher concentrirte sich auf ihn Jetzers größter Haß.

[148]) Mit dieser Aussage vor dem Rath kann nur die Confrontation mit seinen Obern am 7. Januar 1508 gemeint sein (Archiv XI, S. 206 f.). Murner erwähnt zwar einer noch früheren Vernehmung durch den Rath, aber in den Rathsmanualen findet sich davon keine Spur.

De clenodiis et reliquis, de quibus dictus Jetzer de furto inculpatus fuit, refert quod ipsi quatuor religiosi id subtraxerunt beate virgini Marie de sua cappella, et quot peccunias inde adeptas ad partes Suevie direxerunt.

Fatetur insuper, quod quidam illuminista nomine Lasarus per nonnulla tempora in monasterio predicatorum, et depost in edibus domini Johannis Zwygart fuerit. Qui predicatoribus depinxerit varios colores, etiam magni precii; quos colores etiam pro parte cuidam scriniatori, qui eis suam stubam preparavit, dederunt.

De singulis aliis religiosis monasterii dicit ipse Jetzer, quod sint innocentes; sed de prenominatis quatuor, eorum evasionem timens, petiit quod etiam mancipantur et ut ipsis eadem mensura qua et ei remeciatur, et quod eo tunc ad verum fundamentum nequiciarum earum perveniatur.

Et ut supra recitatur de ipsis quatuor et apparicione in forma beate virginis facta, dicit eos in primis per superiorem partem sue camere, ex asseribus factam, tales operaciones fortassis arte ipsius supprioris Ueltschi commisisse, et quod subinde per continuationem ejusdem intelligerit nullitatem rei.

Actum die Agathe virginis, anno etc. VIII°.

Subsequente die lune, que erat septima Februarii, confessus est iterato coram personas ut supra etc. prenominatus Johannes Jetzer, quod quatuor prenominati religiosi ante adepcionem primi vulneris sibi potum dederunt; quo facto opinatus sit, vulnus a se ipso evenisse [149]); et quod paucis temporibus transactis supprior equitaverit ad dominum provincialem ordinis. Et post reversionem ipsius doctor et prior occasione litterarum a provinciale emanatarum compulsi sint ad vacationem quandam venire. Quibus etiam reversis, et postquam dicti quatuor religiosi singula ut prius specivocata cum

[149]) Schon wieder eine andere Angabe! Jetzt will Jetzer auch bei Empfang des ersten Wundmals bewußtlos gewesen sein!

eo usi sunt, post successum parvi spacii temporis venerunt hanc ad urbem Bernensem de ordine domini provincialis, prior Coloniensis, duo predicatores de Argentina, quorum unus doctor fuerit, lector de Pfortzen, quidam lector de Bohemia, doctor Magnus de Ulma, jam lector Schletstattensis, qui ei tunc dixerunt sese accessuros quoddam ordinis eorum capitulariter [150]). Videntibusque ipsis practicam predictorum quatuor cum eo attemptatam, sibi sub summa obediencia ordinis preceperunt quod singula, que predicti quatuor sibi adimplere imponerent, facere et eis parere deberet. Quod si negligeret et id sperneret, quod inde multa mala esset adepturus et passurus. Postquam vero quatuor prefati ei potum et impressionem corrosivam vulnerum [151]) sepius administraverint, et id presertim vulnus pectorale, tanquam cordi propinquum, ulterius substinere nequiverit, dixerunt sibi quodam tempore: «necessarium est tibi conficere cingulum dormicionis» [152]), et occasione ejusdem direxerunt magistrum Hainricum Luppulli, qui ante et postea sepius cum eorum agibilibus fuerit, ad eum, cui id conficere committere deberet. Quod etiam ipse magister Hainricus adimplevit, sibi apportando unam cathenam ferream. Quo facto ipsi quatuor compulerint eum se cingere eadem cathena ferrea super nudo corpore, quia et id reliqui religiosi monasterii pari forma fecerunt [153]). Post singula ista petierunt ab eo, jura-

---

[150]) Unverständlich; bezieht sich wohl auf das Generalkapitel.

[151]) Abermalige Bestätigung, daß die Stigmata nur geätzt waren.

[152]) Ist das eine Fopperei oder soll es heißen devocionis? Ein Schlafgürtel wäre ein sehr ungewöhnliches Instrument, aber etwas Derartiges zur Linderung der Schmerzen nicht undenkbar; dagegen läßt die Construction des Gürtels (eine eiserne Kette) und dessen Gebrauch zu Bußübungen diese Erklärung nicht zu, folglich muß die Lesart dormicionis wohl verworfen werden. Ob die Emendation richtig ist, mögen die Gelehrten entscheiden.

[153]) Schwer glaublich, daß alle Mönche des Klosters eiserne Ketten auf dem bloßen Leib getragen hätten!

mentum eis prestare, nulli[154]) hominum quitquam de hiis omnibus revellare; sed negaverit id facere, nisi prius ei revellarunt, qualiter et qua forma ipsi prioribus temporibus cum eo et sacramento in cappella et aliis in rebus egerint. Que etiam ei manifestare recusarent, sic ut prestatio petiti juramenti differebatur usque in tertium diem. Interim subcinctio cathene ferree eum sic molestavit, quod id amplius substinere minime potuerit. Prout etiam signa cruciatus cathene ordinatus a dominis Bernensibus manifestavit[155]), in quibus obtulerunt se ipsi quatuor sibi factum propallare, sic ut ipsis juraret. Juravit ergo eis in nomine sancte Trinitatis, nulli hominum quitquam de facto dicere nec cum quovis modo manifestare. Hiis factis ostenderunt sibi, qualiter ei primo post administrationem potus vulnera corrosiva[156]) ei impresserunt, spiritumque malignum ad sua membra conjuraverunt, pro exercendo ludo passionis et commotionibus ventris; similiter in cappella idem attemptaverint, et presertim ante ultimum ingressum cappelle beate Marie virginis, ipsi quatuor religiosi suis diabolicis artibus disposuerunt, quod pluribus vicibus sint suo incessu et gressu per superius venerit super[157]).

Confitetur etiam quod ipsi dixerunt, qualiter Judeus dictus Lasarus, quem et ipse viderit ante spacium medii anni, in monasterio eorum fuerit, qui et ipsis colores dederit et preparare fecerit. Quibus coloribus, ut dixe-

---

[154]) Hier ist im Mscr. ipsorum durchgestrichen.

[155]) Also hat es mit der Zerfleischung durch die Kette doch seine Richtigkeit! Bei Abfassung der Einleitung war dem Herausgeber nur das Protokoll des ersten päpstlichen Gerichts bekannt, das über diesen Gegenstand höchst ungenügende Angaben enthält. Daraus folgt aber noch nicht, daß die Zerfleischung ein Werk der Dominikaner war, sie kann ebenso gut eine Folge der von Wölfli befohlenen Bußübungen (Geißelungen mit der Kette) gewesen sein. Wölfli hatte selber die Kette geliefert.

[156]) Vgl. Anm. 151.

[157]) Die Stelle ist stark verdorben, lohnt aber wohl kaum die Mühe der Herstellung.

runt, ymaginem beate Marie virginis in cappella depinxerint, similiter et hostiam sacramenti; nam qua(n)dam capsulam plenam hostiis a Basilea apportaverint; videritque colores in quodam instrumento sibi ostenso. Retuleruntque insuper sibi, quod gutte sangwinis super rasuris pannorum posite in modum crucis, etiam de hujusmodi coloribus sint facte juxta tenorem processus in Lausana ..... [158]); de quibus coloribus etiam scriniatori eorum dederunt et eos preparare eundem informaverunt.

Postquam etiam juramentum fecit, nemini quitquam revellare velle, duxerunt eum supra suam cameram, (et) ostenderunt ei insignia, quia eo tunc id ligneum et jam comentatum sit, per que suas illusiones in forma beate Marie virginis desuper meando suam cameram miserunt [159]). Que omnia et apparicionem beate virginis per se ipsos et arte nigromancie peregerint.

Item quod sepius ad eum dixerint, ipsum fore sanctum virum; interrogantes quis furatus fuerit clenodia et paternoster etc. ex cappella beate Marie virginis, querentes ea hinc inde in ecclesia. Et nichilominus ipsi quatuor sciverint id per se ipsos fore subtractum; et quod quodam tempore de hiis ad magistrum Hainricum Luppulli dixerit [160]), de eodem fuerit ab ipsis informatus.

Accidit insuper sepissime quod homines venerunt ad ipsum Johannem Jetzer et aurum et argentum porrigendo; sed id recipere negaverit. Doctor tamen et alii id susceperint, et [161]) committentes ut imposterum pecunias reciperet. Et cum sequenti tempore unus rallibatz ei fuerit datus, doctor id ab eo postulaverit et acceperit. Preterea doctor, qui semper propinior [162]) instructor suus fuerit,

---

[158]) Unleserlich; dem Sinne nach etwa facti oder peracti.

[159]) Miserunt ist offenbar falsch; dem Sinne nach gehört hieher ein Synonymum von exercuerunt.

[160]) Hier fehlt entweder qui oder quod.

[161]) Sic! soll wohl heißen ei.

[162]) Sic! kann doch kaum heißen propinquior.

nonnullas litteras Romanorum regi [163]) et ad alias partes Allemagnie et Gallie scripsit occasione hujus ficte sanctitatis, et quod ipsis predicatoribus ex eo pecunie et alia dona sint data; quid autem et cujus valoris, sibi ignotum sit. Insuper confitetur, quod cum ipsi quatuor sepedicti sibi una vice post factum juramentum potum dederunt, dixerunt quod nonaginta [164]) demones in potum imposuerunt, et quod illi in ipsum intraverint. Item habitis omnibus vulneribus, coegerunt eum, unum [165]) ebdomada sacramentum eucharistie sumere; et de quanto pluries sumpserit, de tanto plus sibi illusiones advenerint, et inquietus fuerit; ubi credit, quod ipsi religiosi non sint usi vero modo communicandi. Cum vero quatuor nominati religiosi tam mirabiliter cum eo operabant, dixit ipse frater: «si provincialis ista sciret; tunc ei minime placeret [166]); et si sciret, tunc non contradiceret.» Pariformiter dixit de dominis Bernensibus: «si scirent eorum practicas, ipsis minime placidum [167]) foret». Respondit doctor: «quid ad illos de Berna! ipsi sunt proditores et vaccarum amatores; nedum ipsi, sed et confederati communes, et quod ducem Mediolanensem proditorie tradiderunt [168]), et quod ipse Jetzer etiam foret vaccarum amator». Dixit frater: «nec confederati nec ego sumus tales, ut dicitis.» Et cum ipse frater Jetzer se subdictum fore diceret communium confederatorum [169]), dixit doctor:

---

163) Daß die Mönche die Kunde von den Vorfällen zu verbreiten suchten, ist natürlich und festgestellt; aber an einen Brief an Kaiser Maximilian zu glauben, ist denn doch eine starke Zumuthung.

164) Wohl Uebersetzungsfehler statt 19, von denen immer berichtet wird.

165) Ergänze per.

166) Ergänze responderunt.

167) Sic! statt placitum.

168) Hat wirklich der Lesmeister den Bernern den Verrath am Herzog von Mailand schuld gegeben, so ist es gewiß in anderem Zusammenhang geschehen.

169) Zurzach gehörte zu den „gemeinen Herrschaften".

«et sic etiam es proditor, nec Bernenses nec alii confederati haberent eos corrigere de hiis, que in suo monasterio fecerunt» etc.

Item quatuor predicti dixerunt, quod opporteret ipsum predicare in allmanie et gallice; respondens: «nescio ligwam gallicam»; ad hoc supprior Ueltschi bene eum velle informare ex suo libello ligwam gallicam; nam sanctus Thomas etiam predicaverit.

Confitetur ipse Johannes Jetzer, quod in hiis cum eo attemptatis et tempore intermedio plures convocationes et capitula de communi ordine plus quam in uno loco sint habita; occasione cujus credat, factum non solum ab illis quatuor, verum ex ordinacione principalium ordinis attemptatum, et sic ipsum eorum illusionibus et deceptionibus ad has defortunatas operaciones promovisse.

Preterea de quingentis libris Ueltschi tangentibus etc. dicit, quod quodam tempore Ueltschi eum rogaverit interrogare beatam virginem, cum adhuc oppinabatur fore rem veram etc., an sibi foret acceptus. Quod etiam fecerit; responsu accipiendo, quod ei non esset acceptus. Nam ipse haberet quandam cedulam sub lapide lecti, supra quo sacramentum foret, et id de suo precioso [170]) sanguine de suo digito cordis scriptum. Et cum petierit ab ea, an sibi indulgere vellet, responderit quod ipsi non esset ei gratus; nam summam quingentarum librarum, unum florenum et clenodium argenteum, sue amice pertinentia in monasterio furatus sit. Et inde recessit a loco, sic ut suspicio venerit contra suppriorem jam in Insula [171]) morantem, et unum alium ordinis, qui innocentes fuerint. Et cum Jetzer id Ueltschin manifestaverit, confessus fuerit ipsa Ueltschi singula ut supra, subtractionem V^c librarum.

Item quod dicti quatuor religiosi sciant artem nigro-

[170]) Von anderer Hand gestrichen und durch proprio ersetzt.

[171]) Die Petersinsel im Bielersee.

mancie et diabolicam, quod eum sic conjurarunt quod coactus sit venire ad singula loca et operare ea que ipsi habere voluerunt.

Demum idem Johannes Jetzer manet firmus et stabilis in singulis articulis precedente die confessus et jam coram eo lectis et recitatis.

*Confessio et responsiones facte per Johannem Jetzer in Berna coram reverendissimo domino vicario Lausannensi.*

Die vicesima secunda mensis Februarii, anno domini millesimo quingentesimo octavo a nativitate domini sumpto, in urbe Bernensi, videlicet in domo providi viri Leonardi Schaller, magni salterii Bernensis, coram reverendo patri domino Baptista de Aycardis, juris utriusque doctore, reverendissimi in Christo patris et domini domini Aymonis de Montefalcone, miseracione divina episcopi Lausannensis et principis, vicario generali, et in presencia venerabilium virorum dominorum Anthoni(i) de Rotules cantoris prioratus Lustrianensis, et Johannis Francisci cappellani Lausannensis, ejusdemque Leonardi Schaller, ac honestorum et discretorum virorum Wilhelmi Wyshan et Benedicti Schwandener, burgensium, et ex consulibus Bernensibus, personaliter constitutus prefatus Johannes Jetzer, dudum conversus, ac per eundem reverendum dominum vicarium interrogatus et examinatus, per medium tamen venerabilis viri domini Ludwici Loblin canonici Bernensis, necnon spectabilis et egregiorum virorum Nicolay Scaller, secretarii et ex consulibus, Peter Esslinger secretarii justicie Bernensis, interpretantium, interrogantium et[172]) parte ipsius Johannis Jetzer referentium, eorum tamen et cujuslibet ipsorum mediis juramentis, super hoc ad sancta Dei ewangelia corporaliter in manibus dicti domini vicarii per ipsis prestitis, ut sequitur:

---

[172]) Ergänze ex.

Primo interrogatus, si recordetur juramentorum per ipsum in civitate Lausannensi in manibus reverendissimi domini episcopi et principis prelibati, et reverendi domini ejus vicarii prefati, prestitorum, respondit et dixit quod bene recordatur.

Item interrogatus vigore predicti juramenti per eum ut supra prestiti, an omnia et singula per eum dicta, confessata et responsa coram magnificis dominis Bernensibus, ac in processu et articulis in eodem descriptis, sibi articulatim ac particulariter deque verbo ad verbum in lingua germani(c)a lectis, expositis et debite repetitis, sint vera: respondit quod sic, et ea de novo coram eodem reverendo domino vicario, ut in eodem processu continetur, confitetur [173]).

Et ulterius premissis per eum confessatis et responsis addendo factetur ipse Johannes Jetzer, quod quodam tempore sit ab ipsis quatuor religiosis, in priori processu nominatis, ad quandam stubellam vocatus; qui ipsum suis verbis coartare attemptarunt, ut sumeret hostiam illam sangwineam et rubricatam. Quod cum facere negaverit, quod eum supra terram posuerint, illum ipsum ferreo quodam instrumento in forma forcipitis in membris suis lanientes; qua tortura sic compulsus sit, quod ei insuper os quodam parvo ligno appertum tenuerint, et sacramentum rubricatum ei intruserint, sic ut illud per guttur suum descenderit. Et hiis peractis, nauseam habuerit taliter, ut sumptum sacramentum cum pura aqua evanuerit, sic ut ante eum in terram ceciderit [174]).

Item conventionem fecerunt dicti quatuor inter se, si eorum attemptata progressum cepissent, quod locum

---

[173]) Sonderbar, daß man der vielen Widersprüche nicht gewahr wurde.

[174]) Der Vorfall mit dem Einstopfen der rothen Hostie ist bereits in der Einleitung besprochen; warum hat aber Jetzer in Lausanne nichts davon gesagt? warum erzählt er nichts von den folgenden Vorgängen?

sui monasterii appellas(s)e voluissent: locum ad sanctum sangwinem.

Preterea confitetur dictus Jetzer, quod transactis temporibus, annis nonnullis, ipsi de ordine predicatorum in conventu eorum Coluniaciensi[175]) jam cum eo inchoata et perpetrata cum quodam alio fratre converso pari forma attemptaverunt. Qui conversus autem ab eodem monasterio discessit, et in conventu Argentinensi, ubi observancia non tenetur, se transtulit et ibidem perseveravit.

Predicti quatuor quandam campanolam in sua cella ordinaverant, et tandem extra suam cellam pulsaverunt, dicentes eam a gloriosissima virgine Maria fore pulsatam; et quod post mocionem campane forma intemeratissime matris Marie ei apparuerit; ceteris ab extra ante januam camere stantibus et per foramina intus respicientibus, ut eum facilius ad eorum propositum et intentum inducere possent.

In reliquis articulis, prius per eum in urbe Bernensi confessus, manet invariabilis et constans, nichil ex hiis alterare quovis modo volens.

Et premissa omnia et singula supra scripta, ac in processu presenti contenta et descripta, dixit, confessus est et respondit idem Johannes Jetzer, ac alii in processu hujusmodi examinati et interrogati dixerunt et deposuerunt annis, diebus, mensibus, locis, presentibus et interpretantibus quibus supra. Et ea omnia et singula ego notarius et publicus reverendissimi domini episcopi et principis secretarius subsignatus attestor ... (sign.), dicta, confessata et responsa fore prout describuntur, teste signeto meo manuali hic appensus.

---

[175]) Nach Anshelm müßte es heißen Colmariensi.

Collationavi ego Salvator de Melegottis, jurium doctor et canonicus ecclesie sancti Petronii Bononiensis, publicusque apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, presentem processum cum suo originali penes me existente; et ita auscultatus concordat in omnibus et per omnia, prout in dicto originali continetur. Et ad fidem hic me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

(Signum notarii cum parapha, in quo « Melegottis »).

---